11
m 11

H
e : 18.

ſſ e H

H. e 18

7777. f. 40

ACHILLIS BONONIENSIS APO-
LOGIA IN ~~PLAVTVM~~ Pilatum.

VITA CICERONIS AVCTORE
PLVTARCHO NVPER IN-
VENTA AC DIV DESI-
DERATA.

Stephani Blancij.

AEMYLIVS MERVLA.

I celer/i felix phamæ aſpirante uolatu:
  I celer/i felix docta per ora liber.
I celer/i felix.tibi non Danaeïa proles:
  Non Arias curſu terga uidenda daret.
I celer/i felix/nitidus tanq̃ indica gemma:
  Et tanq̃ eois unio primus aquis.
Nec mirum:fecit te pubertatis Achilles
  Felſineæ columen forma/animo/ingenio.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO Patri et ãpliſſimo Domino. D. Raphaeli Reario Epiſcopo Albano Cardinali. T. S. Georgii. S. D. N. Camerario digniſſimo Achilles Phileros Bochius Bononienſis Felicitatem.

I AMPRIDEM PARTVRIebat animus: quod ĩpræſentiarũ deniq; parit: aucupiũ/auſpiciumq; clientelæ tuæ ineundæ: eminẽtiſſime Archiflamen: literarum decus/et præſidiũ: ſtudioſorum conſtãtiſſime fautor. Sed quũ mente non ſemel ambigua/et multarũ ſane cogitationũ freto exæſtuãte titubarẽ: ſedulo mecũ euoluẽs / qbuſnã inuitamẽtis ſecretioribus amicitiæ tuæ adytis illaberer: qbuſue ſignis meã ĩ te obſeruãtiã aperire/ac oſtẽdere poſſem: Muſæ nobis continuo in re tã ardua/tamq; difficili beneficentiſſimæ affuerunt. Nos ſiquidẽ muſarum ſacerdotes/ Apollinis antiſtites/humanioris elegãtiæ cãdidati unum illud dumtaxat aſylũ/fulturã/præcipuũ ſingulareq; cõfugiũ literarum ſtudia/et

Camœnas habemus. Camœnas inq̄ illas: quas ego ſacroſancte colo/religioſe ueneror/aſſidue ſubindeq́ꝫ frequento. Quippe quæ tenerioris adhuc ætatulæ noſtræ comites ideffeſſæ/ac dulces fuerunt alumnæ/nutrices/aurigæ. Et/quē/admodum uitæ omniumq́ꝫ actionū mearum magiſtræ ſemper/ſummæq́ꝫ moderatrices extitere: ita porro maximis, inſolubilibuſq́ꝫ peni/tiſſimi/et arctiſſimi amoris ac obſeruātiæ uin/culis me tibi perpetuo inſinuabunt: deuinciēt: mancipabunt. Noui etenim ardētiſſimas īge/nii tui faces: coruſcantia mentis omnium ca/paciſſimæ fulgura: fidiſſima illa pectoris ſan/ctaria: fulgentiſſimum præterea/et antiquiſſi/mū Reariæ familiæ ſtēma: inſignemq́ꝫ gentis tuæ nobilitatem: quæ/auctore Beotio/ laus eſt ex parentum meritis proficiſcēs. Ea uero q̄ in te rutilet/ac fulgentiſſime ſplendeat: tota no/uit Italia: Nouit in herculeo ſtridētem gurgite ſolē Qui uidet: eois poſitoſq́ꝫ ſub ignibus In/dos. Norūt ſuperi: norūt inferi: norūt etiā qui nihil norunt. Omitto parentis tui/nunq̄ ſine prædicabili laude nuncupandi/uirtutem egre/giam: de quo forſan melius tacere ſit/q̄ pauca dicere. Tu uirtutum omnium (ut cætera miſſa

faciam)exemplar es/et imago: tu cunctorũ ſtu/
dioſorum ſpes unica/dulce decus et ſingulare
præſidium. Quem cum reuerentius adire/ac
ueluti regem Parthũ nõ ſine munere ſalutare
in animum induxerim: nil ſane melius/nil ap/
tius/nil commodius uiſum: q̃ ut Apologiã no/
ſtram/quã præteritis ſaturnalibus edideramus
Reuerendiſſimæ ſublimitati tuæ dicaremus. id
quod lubentiſſime fecimus. Quo quidẽ mu/
nere dignationẽ tuã demereri me poſſe ſpero:
muſas nãq; regũ regiorũq; animorum comi/
tes fore perpetuas uel hoc uno Alexãdri teſti/
monio facile liquet: ſi credere uolumus Arria/
no. Is. n. quũ in ſigæo ad Achillis tumulũ aſti/
tiſſet: O fortunate inquit/adoleſcens/ qui tuæ
uirtutis Homerũ præconẽ iueneras. Et ꝑfecto/
ut nõ minus ſcite/q̃ decẽter Cicero ſcribit/tra/
himur omnes laudis ſtudio: et optimus quiſq;
gloria maxime ducitur: Inſidet. n. quædam in
optimo quoq; uirtus: quæ noctes/et dies ani/
mũ gloriæ ſtimulis concitat. Nõ tamen is ego
ſum/qui ad Homericam tubã aſpirẽ: nec Ap/
pionis arrogãtiã imitari fert animus: q omnes:
ad quos aliqua conſcripſiſſet/imortalitate do/
naſſe iactabat. Volũtas tamen erit i laude: quũ

omnis ſit conatus ĩ caſu: Poetæ etiã mali ſedu/
litatem Cornelius Sylla aliquo munere dignã
exiſtimauit. Vnũ illud cõpertũ habeo uigilias
haſce noſtras hoc uel ſolo pietiſſimæ celſitu/
dini tuæ placituras: ꝙ ĩ eis pietatẽ (quã maxi/
me ſemper coluiſti) obſeruaſſe uiſus ſum: dum
eruditos a detractoris uirulentiſſimi calumnia
acerrime defenſo. Neq̧.n.magis (ita ſim felix)
Codrus ille nobilis/ſponte ruens in fatum ĩ pa/
triam: Nõ Leonidas indefeſſus thermopylarũ
cuſtos totam adeo Græciam: nõ Scæuola in ſe
magis/q̃ in Porſenã hoſtilia auſus ita urbem
Romam demeruiſſe dicitur: quãtũ mihi (abſit
iactantiæ ſuſpicio uerbo) muſarũ cunctos aſſe/
clas/humaniorisq̧ literaturæ ſacerdotes Apo/
logiæ huius clypeo cõciliaui: Nã queadmodũ
faberrimus ille Protogenes infremeret/excan/
deſceret/terram igni miſceret/ſi ſuum Ialyſum
deturpari contaminariq̧ proſpiceret: ſummos
perinde literarum duces ſtomachari putẽ: quũ
eũ/qui famæ immortalitatisq̧ coloribus exor/
natus innumerisq̧ ad uſq̧ ſidera laudibus cõ/
ſono eruditorũ omniũ ſuffragio ſemꝑ euectus
eſt/deturpari decolorariq̧ ꝓſpiciant: et a quo/
dii boni/hoſte/homine hybrida/ꝓſtituto/ue/

naliq; mãcipio:triuiali cõpitalicioq; lucrione petulantiſſimo cõuitiatore:et (quod omnium propudioſiſſimũ eſt)exlegi græcæ latinæq; literaturæ nudiſſimo ſimul ac egẽtiſſimo:impudentiæ uero et arrogantiæ ditiſſimo in eorum plane ruſticorum ordinẽ meritiſſime cẽſendo: quorũ temeritate nihil impudẽtius: Hii.n.(ut ſcribit Hieronymus) garrulitatẽ auctoritatem putãt:et parati ſemper ad lites in ſubiectũ ſibi gregẽ tumidis ſermonibus tonãt. Cæterũ optime nouit prudentia tua puerilis eſſe iactantiæ accuſando illuſtres uiros ſuo nomini famam quærere:Quẽadmodũ Pyladẽ feciſſe cõſtat: q nedũ Pio/et maximis literarũ apicibus cõflauit iniuriã. Sed Plautinas etiã delicias iuertit/ cõtaminauit:bonos quoſq; ac eruditos lingua procaciſſima maledicẽtiæq; facibus armata dilaceras. Sed Pſyllorũ eũ fatũ expectat aduerſus notũ confligentiũ:telis ſuis cadet/et capra gladiũ aperiet/quo iuguletur et intercidat. Et .n.ut cecinit Heſiodus.

Ἄφρον δ᾽ ὅσ κ᾽ ἐθέλῃ πρὸσ κρείσσονασ ἀντιφερίζειν·
Νίκησ τὶ στέρεται, πρὸσ δ᾽ αἴσχεσιν ἄλγεα πάσχει.

quæ Latina ſic/pro tempore fecimus.

Cum meliore amẽs quiſquis cõtendit:honore

Exuitur palmæ:atq; dolet poſt dedecus ingẽs. Sciat igitur mentis egenus Pylades ut cæcias nubes:ita in ſe traxiſſe miſeriã. Hoc.n.miſerorum peculiare eſt ut maleuolentes ſint/atq; inuideãt bonis:et ut ait qdam/nõ qui patitur/ſed qui facit cõtumeliã miſer eſt. Neſcit craſſæ Mineruæ homũcio Pii famam in tuto eſſe:in portu iamdudũ nauigare:eruditorũ omnium præconiis ad uſq; ſidera penetraſſe. Omitto qd de Pio etiã adoleſcente Beroaldus ille magnus diuinitus ꝓpe uaticinetur: q in quadã ad eundẽ Mediolani helleniſmi ſtudiis inuigilantẽ/epiſtola ita propemodũ ſcribit. Quod muſas atticas colis id maxie ꝓbo. Etenim ſine atticiſmo urbanitas manca:ſine idiotiſmi græci fultura latinitas claudicat. Annotamẽta tua libens perlegi plena multiiugæ doctrinæ:et incanam antiquitatem redolentia. Iam nũc eris alter ab illo. Taceo quibus ſemper eum (et id pluries laudibus extulerit:cuius opinionibus ſemper applauſit:et aſſurgere nõ erubuit: eiuſq; admonitu in propriis annotationibus eſſe ſollertior: Quæ quidem proſequi alterius eſt negocii:ea quippe norunt hii quibus talia conſectari placet. Parrhaſius quoq; alter in

literis Ariſtarchus/græcæ latinæq; doctiſſimus
in Apologia quapiam Pium ſui temporis Var
ronē nuncupat:qua laude nihil præclarius cē/
ſeri poteſt/aut ſublimius. Idē in quadā ad Piū
epiſtola. Et quanti:ſubdit:putas a me fieri?qđ
ætatis noſtræ rhetor omniū maximus pergulā
conſcendiſti noſtram:noſtraq; qualiacūq; ſū/
ma aurium clemētia accepiſti?meq; Mediola/
nenſibus meis hac approbatione tua reddidiſti
probatiorem? Cumulas (ut uideo) quottidie
magis ī me tua merita:qui nomen apud Inſu/
bres meum propagas/et prædicatione tua facis
illuſtre:Quod mihi nō īgratius eſt q̄ ſi Bono/
niæ contigiſſet. Illa.n.multum priſtinæ laudis
amiſit:quæ te nō retinuit. Hii cōſequuti ſunt:
q tā honorifice exceperūt. Hæc ille. Nicolaus
quoq; Picens latinæ/græcæq; linguæ delicium
Piū admiratione pariter/ac laude dignū cen/
ſuit ſic inquiens. Quod ais te modo fuiſſe La
conē:me facito exiſtimes ἶναι ἰδακώσῖον:cui
cū die/noctuq; nulla detur hora quietis/p̄ lite/
ras ſic/ut cupio/nō liceat eſſe tecū:quē omniū
ſemper iudicaui eſſe doctiſſimū. Hæc Picens.
Petrus Bembus ingeniorum flos:ex cuius ore
dulcior melle fluit oratio : quid de Pio ſentiat

aperte ꝓfitetũr.iquit.n. Verſiculi ſup̱ myrto tui ſummopere delectarunt. Sunt autem in il/ lam ipſam ſententiam- quam tibi dixeram me de Herone ſumptã in illũ meum librum con/ iecisſe:quem ad Herculem Strotium cõſcribo. Quod ais cupere te/ſcriptis meis iſeri nomen tuũ:eſt mihi quidẽ ualde gratũ : ꝗ ſuis ſcriptis immortalitatem aliis afferat:ab eo ſibi locũ in noſtris peti. Sed uideo te Ciceronem imitari:ꝗ ea facũdia quũ eſſet qua nemo:Luceiũ tamẽ rogat/ut de ſe ſcribat. Quid?et Ioannes Taberius atticæ romanæq; facundiæ theſaurus Pii elogium haud quaꝗ̃ omiſit:quem in quodã ad eundem epiſtolio ita propemodũ ſcripſiſſe cõpertũ habeo. Redituro tetenderã retia: Tu neſcio quomodo ὥσ περ ἰχθὺσ euaſiſti. Dices. Ad ignotũ ignotus? De facie forſitan:de ſan/ ctis moribus ac doctrina nihil mihi te notius. Et nunc in hac publica prouincia omniũ con/ feſſione et ab hic decẽniũ olim ex Baptiſta illo Carmelita qui mihi unus eſt inſtar omnium. Scio ꝗ̃ te ſemper cõmendauerit uir ille unde/ quaque cõmẽdabilis. Verum quid de Pylade ſentiat idẽ Taberius aperte oſtendit ĩ alia epi/ ſtola. Salue Pie. Huic fido dedi quod cupis:

Non iam Plautũ Plauti:Sed Plautũ Pyladæ. Quid fecerit neſcio. Sed mallem feneſtratũ:q̃ ſic concinnatum/et ſuo iure ſcanſilem. Aiebat etiam audaculus contra te meditari: ſed telum gerebat plumbea cuſpide. Amicus certe nobis. ſed nimis male acutus. Tu leges/et mihi aliquando aperies: quanti facias garrulitatem. Iſthæc Taberius uir eminentiſſimus: a quo quanti Pylades Pyladæq; uani conatus fiant uel cæci uidẽt. Laurẽtius Abſtemius uir extra omnem ingenii aleam poſitus quanti Piũ fecerit ex eius epiſtola dignoſci poteſt. Quid.n. mihi:infit:iocundius referri potuit? q̃ a tali ac tanto uiro amari:qui inter doctos ætatis noſtræ uiros obtinet principatum? cuiuſq; fama non per Italiam modo: ſed ubicunq; lingua latina uiget: glorioſiſſime floret? Et merito. Quãto.n.ingenio meo ualeo iudicare:ſcripta tua talia ſunt:ut poſſint cum omni antiquitate certare. Conſtantius quoq; Phanenſis uir acutiſſimus Pium extollit/ut bonarum literarum ſotera hiis carminibus.

Troas relliquias danaum/uictoſq; penates.
Seruauiſſe prior dicitur ille Pius.
Hic Phœbũ et comites/latiæq; analecta ruinæ

Seruat ab hoſtili ſcripta diſerta manu.
Quin et Terentius Florenius iuuenis tranſ-greſſus auos: Pium, in Apologia ſua, fœcundiſſimi facunndiſſimiq; ingenii uirum appellitat. Omitto uerſus ab eodem de Pio compoſitos: in quibus eum Panſophon nũcupat. Sed quoniam repudioſus Pylades commentarios in Plautum ut reiiculos et reprobos naſo ſuſpendit acuto: quid de hiis eruditi ſentiant uno teſtimonio ſatis ſuperque fuerit aperire.
Petrus Marianus Vicẽtinus. Io. Baptiſtæ Pio uiro eruditiſſimo ac eloquentiſſimo. S.P.D.
Legi proxime tuas in Plautum Sarſinatem linguæ Latinæ decus enarrationes longe cæteris et uberiores, et eruditiores, præſtantioreſq;. Circunferuntur etenim quædam annotamenta Saraceni cuiuſdam Veneti: nec non Georgii Vallæ uiri utraque lingua apprime eruditi. Tua uero tantum illis antiſtant quantum Lucifer reliquas ſtellas ſplendore excellere perhibetur: Sunt enim ita emuncta, ita exculta: ita fabrefacta: ut quibuſdam floſculis hinc atque inde collectis et mirifice conſperſis lectorum aures compleant delectatione iucũda. Accedit ad hæc incredibilis et multiplex rerum

indagatio:ut non deſit in eis quid cōtēpletur Philoſophus:ſpeculetur Aſtronomus:demeti/atur Coſmographus:rimetur Mathematicus:inſpiciat Herbilegus:cōſideret Medicus:odo/retur Vnguentarius:componat/et infriet Pig/mentarius.deniq; cuiuſq; artis opifices/et rerū præſertim antiquarum amatores habent unde aliquid auferant/et excerpant:ut proculdubio doctrinarum illum fulgentiſſimum orbem/et circularē diſciplinam (quam Encyclopædian uocant/effinxiſſe uidearis.Et reliqua Hæc li/terarum literatarum principes uiri de Pio ſen/tiunt et ſcribunt : q̃uis adhuc prope infinita teſtimonia ſuperſint : quæ libens omiſi:uanū ducens Herculem laudare : quem nemo uitu/perat niſi Momus:cuius quidem inſaniam/te/meritatem/impudentiam quum ego quotidie magis ac magis gliſcere perſpicerē/aduerterēq; libidinem/iuxta Liuii ſententiam/eo effrena/tiorem fore:quo impunitior ſit:ne ueterē fe/rendo iniuriam(ut inquit ille)nouam inuitare uiderer/fero potius/q̃ nunq̃/obuiam eundum eſſe audaciæ cogitās/interim malæ arboris no/do malū quæſiui cuneum: Vitiū.n.aliquādo uitio tollitur:et(ut īquit Hieronymus, putridæ

carnes ferro indigent et cauterio. Et ſi ſciam Homeromaſtyges et Virgiliomaſtyges mini/me defuturos: qui hanc noſtram Apologiam/tum ut a Tyrone literarum nuperrime candi-dato editam: tum ut aſperam nimis et ſæuien-tem carpent et more ſuo lacerabunt. Sed lace/rent carpãtue uſq; licet: Si Apologiam noſtrã legere nõ placuerit: nemo cõpellet iuitũ: bibãt uinũ uetus cũ ſuauitate-qui noſtra muſta cõ/temnũt. At ſi qui ſunt-qui me cõtumelioſum nimis exiſtimant: his lyco Plautinus appoſite/et ꝑclare reſpõdet aurea iſthac prope ſentẽtia. Indignis ſi maledicitur: maledictũ id eſſe dico: Verũ ſi dignis dicit̃ benedictũ ẽ meo qdẽ aio. Quod ſi forte hii offendũtur et me ꝓcacitatis uitio redarguunt: iuſtius huic q̃ mihi ſuccẽſere debẽt qui initiũ introduxit. Ego: cũ Cicerone: ſemper operã dedi ut et pro Pio minimo cum faſtidio reſpondeam: et in hunc minime men-titus eſſe uidear. Mihi ſatis fuerit Hieronymũ Ortodoxæ fidei primariũ Antiſtitem: præterea M. Tulliũ-cæteroſq; imitatũ fuiſſe qui præſti/gioſos hoſce uellicatores obſtigilatores/uirulẽ/toſq; carptores eruditos quoſq; ꝓcaciter ſub-ſannare et inceſſere ſolitos/reuerberãtes decu/

tiũt/et ſeueriori ſupercilio coarguũt: Eos ego ſequutus ſum: quorũ auctoritas ꝓ ratione ſufficit. Si bonorũ omniũ hoſtem talione remordeo/et maledicenti maledico: meo iure feciſſe uideor: Siquidem et Pamphilo quoq; Apologeticũ pro Origene cõponenti calumniatorũ petulãtiæ obuiam ire/et mordaces mordaciter inceſſere licuit: nobis etiã liceat. Impietas iſta pia cenſebitur: ſi pro Pio clypeum nõ modo: ſed et pugionem arripiam: quãdo alia uia calumnioſos obtrectatores uitare non poſſumus. Saltem ita fiet: ut quam maledicendo uoluptatem ꝓceperunt: male audiẽdo ꝑdãt. Nec. n. ſpe quæſtus/aut gloria cõmoti uenimus ad ſcribendum: quemadmodũ plurimi: Verũ ut induſtria/et ope noſtra cõmuni ſtudioſorũ utilitati cõſuleremus: neue ex noſtro metu ulterius creſceret (ut fit) temeritas/et impudẽtia: quam Euripides ipſe in Phœniſſis morborũ omnium maximũ appellat ita canens.

Ἀλλ' ἡ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποισ νόσων
πασῶν ἀναίδεια.

Quid. n. hac deterius? Quid morboſius? Hæc eſt quæ mortalium pleroſq; ſeducit uanis perſuaſionibus. eos agit in ſubſellia ſacroſanctæ

uirtuti/non turpibus uitiis fabrefacta.peculi/
ariterq; ſi noſtra tempora ſpectare collibuerit:
uidebimus coruos paſſim cũ Cycnis/picas cũ
Luſciniis cornicari/atq; garrire. Et quẽadmo/
dũ:auctore Thucydide: ἀμαθία μὲν θράσος/
λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει/rectaq; ĩgenia (ut ĩqt
Cecilius)debilitat uerecundia:pu̍erſa cõfirmat
audacia. Exemplo eſt Pylades:qui nec dũ di/
ſcipulus iam magiſter effectus (iuxta quorũdã
præſumptionẽ)ſe ipſum edocuit:et iã iã plau-
ſum ſemidoctæ coronæ aucupatur: Nec aliud
habet in bonis/q̃ eloquẽtiã pauperẽ:loquẽtiã
uberem:ſales nullos:decorẽ nullũ:perſuaſionẽ
nullã:i eodẽ/quod dicit/luto heſitat:et excep/
tis uerbis tinnulis/atq; emẽdicatis/nihil aliud
loquitur.itaq; Catonis illud de oratore cõmo/
diſſime ĩ hunc e contrario uerti poteſt.Orator
eſt uir malus dicẽdi imperitus.Iſthæc mihi qdẽ
riſum magis q̃ gemitũ exprimere poſſent.Niſi
(quod dedecoroſiſſimũ eſt)aratorem palam
in oratorẽ:Marſyã ĩ Apollinẽ:Picã ĩ Pieridas:
ſcioloſq; hoſce in doctiores(proh nefas) auda-
cter inſurgere perſpicerẽ. Verũ enimuero quũ
mecum ſæpius reputo preſſiuſq; uoluto nul/
lus mehercules unq̃ tam felicis induſtrix fuit:

qui uituperonum morſus euaſerit. Maro lati-
nus Homerus Montani / Anſeris / Rabulæq;
forenſis diutina conuicia perpetiebatur. Ci-
cero: cuius eloquii felicitate Roma Græciam
ſuperauit: Aſinii/Calui/atq; Licinii probris ta/
xatus eſt. Ariſtoteles ut obliuioſus in metheo/
rologicis ab Aphrodiſæo reprehēditur. Salu/
ſtiū Criſpū ab Epigrāmatico poeta primariū
dictitatū: Liuiū quoq; fonte lacteo eloquētiæ
manantē a Hieronymo creditum Pollio liber-
rime momordit. Adeoq; maleuolentiam in-
ualuiſſe cōſtat: ut acutiſſimus ille Chryſippus
populari cōuitio Chryſippa diceretur: Omit-
tamus Homerum ab Adriano ſugillatū/Zoi/
liq; neqſſimi literatoris dētes expertū. Horten
ſiūq; fori regem Dionyſiæ ſaltatriculæ nomen
adeptū. Mæcenatē Malthini. Hieronymū præ
terea religionis noſtræ triariū maximū: Plau-
tinū ſcurrā/et Ciceronianū nugatorē diffama/
tū. Fauorinū ab Adriano poſthabitū. Senecā
a Caligula fœdiſſimo imperatore / ut harenā
ſine calce/deriſū. Appianū a Tiberio ut cym/
balū orbis ſubſānatū. Et ꝑfecto ſi recēſere col
libeat: uidebimus nullos fere eruditionis apices
extitiſſe qui rabioſos maledicorū genuinos et

linguam cote liuoris acuminatam euitare ua/
luerit. Quãdoquidẽ (ut inqt Ouidius) Sũma
petit liuor. Et quũ ex auctoritate Apuleiana in
liuidulorũ ueptis nihil pter loliũ/et ſteriles na/
ſcãtur auenæ: ad eruditorum fertiles decurrũt
hortos: lætas ſegetes: robuſtaq; farra. Omniũ
tamen ĩfeliciſſimus eſt Pius pceptor meus: cui
impurus adeo/et ĩpudẽs nebulo ẽ obiectus: nõ
ſecus ac Cerberus: Hydra: et Stimphalicæ aues
Herculi: atq; Augeæ ſtabula ppurgãda. Nẽ. n.
ærũnoſior ẽ ærũna Buccardi errores purgare:
q̃ fimeta regis illius euerrere. Proh dii boni
quũ impudẽtiã: inſcitiã: os uitulẽtũ/ac procax:
et in cõuicia ſemp armatũ: linguã merã uene/
norũ Aphricam ppenſe diſpicio: non poſſum
nõ illud ſatyrographi Poetæ ſtomachatus ex/
clamare. Hic eſt mihi ſæpe uocandus
Ad partes: mõſtrũ nulla uirtute redemptũ
A uiciis/æger/ſolaq; libidine fortis.
Si expedit igitur (ut expedit) odiſſe homines/ac
gentes aliquas ob flagitia ſua deteſtari: miro
odio Pyladẽ auerſor. Hoc. n. mihi natura ſem
per comparatum fuit: flagitia non ſolum ipſa
uerũ etiã flagitioſos quoſq; ac facinoroſos nõ
mediocri maleuolẽtia proſequi. Sed quoniam

epiſtolæ modum exceſſiſſe uideor ne longius euager ad paleſtrã literariã deſcẽdere operæp̃/tiũ eſt:ut re nõ uerbis Pyladæ ignariſſimi re/tũdantur affanniæ. Nec indulgebo mucroni nũc pro ueritate ferire cupienti. Proponã bre/uiter aduerſarii ſententias:et de tenebroſis eius libris(ut inqt Hieronymus)quaſi de foueis ſer pentes protrahã:neq; uenenoſum caput ſpiris maculoſi corporis ꝓtegi ſinã. Pateat quod no xiũ eſt:ut poſſit conteri quũ patuerit. Nec mo leſtũ lectori ſit:ſi nauſeã eius et uomitũ legere cõpellitur. perſpiciet nãq; an iuſte in hoſtẽ la/certos exeruerim:nũqd pie/ac ſancte in bilem et iurgia quandoq; proruperim:dũ eruditorũ iniuriam ſurda nequeo aure tranſire/uimq; ui repellere cogor. Rectũ attamen et ſincerũ p̃ci/pue me fore polliceor:bonis.n.aduerſarii mei: ſi honeſtum quid habuerit/detrahere nequaq̃ in animo ſedet/et ab re genuinũ figere. Pius ero ſi opus erit:et ꝑ tempore impius. Tu uero Archiflaminũ ſublime decus et columen/æqui boniq; facere digneris munuſculũ meũ: i quo cẽſendũ nil niſi dãtis amor. Id ego ſacroſanctæ ſublimitati tuæ dicaui:nõ ut præconio meo cla reſceres:uerum ut ſub tuo:nõ ſecus ac Teucer

ſub Aiacis clypeo pugnarem.eo nāq; aduerſariorū uituperonū ſpicula ſagittaſq; perēniter repellere me poſſe cōfido.Vale Antiſtitū maxime:et Achillem tibi ꝑ æs et librā addictum in clientulorum albū allegere digneris:qui te pie colit/reueretur/obſeruat. Bononiæ pridie Nonas April.

Dominici Fūſci Ariminē. Hexaſtichon.

Quid tibi uis Pylades? uulcania ſuſcitat arma
  Aeacides:melius conticuiſſe fuit.
Qui Pius eſt/in te mutato nomine fiet
  Impius:hinc Chiron ad tua damna uenit.
Vt tātum effugias bellū palinodia danda eſt.
  At ſi non ceſſes/protinus Hector eris.

Labeculæ nōnullæ in Epiſtola a Librariis admiſſæ.

A.iiii.Ἄφρεον ἀδ᾽ ὅσ κ᾽ ἐθέλῃ. pro. Ἄφρεων ἀδ᾽ ὅσ κ᾽ ἐθέλοι.

A.v.græcælatinæq;. pro.græce latineq;.

A.viii.πασῶν ἀναίδοια pro πασῶν ἀναίδεια.

Ibidē.rectaq; īgenia.ſcribēdū. ita recta īgenia.

In.S.ii.imitatus impſſum eſt.pro.imitatum.

ACHILLIS PHILEROTIS BOCHII Bononienſis Apologiſmus: quo Piū a ca-lūnia tutat: In Pilatū Bucconē Iafredi-nēſē qui ſe falſo Pyladē Buccardū Brixianum dictitat.

IN PLAVTI AMPHITRYONEM.

Furtum impudentiſſimi Pilati detectum.
Caput. I.

PILATVS. Perſeo Argiuorū rege dfūcto/ut Alcæus Apollōii iterps ait: Sthenelus: Meſtor: Electriō: et Alcæ9 regnū cōiter habuiſſe dicūt.

ACHILLES.

PROH COMMENTVM nouum: Pilato ipſo cōmentatore digniſſimum. Proh pudor: et triuialis grāmaticuli iſolētia: q auctores etiā: quos nunq̄ uidit aduocat. Hic eſt qui extra limē: ut inquit Oratius: cōmentarios Pii excludit premitq; : Domi totos abliguriens. Nonne uerba et ſenſum eundem Pius ipſe in interptatione illius carminis: Qui pterela potare rex ſolitus eſt: eiuſdē Apollonii interpretis repetit ¿quē ſubfuratus eſt Pilatus.

Extra limen premere.

B

Homul/ l⁹ ipudẽs — Impudentem homullum alienas prædas: uul/ turum more/auidiſſime ſectantem.

Caput.II.

PILATVS. Amphitryonis. Ita quidem legi debet: quũ græce ἀμφίτρευν ſcribatur per. Y.

Aliud eiuſdem furtum.

ACHILLES.

Hieroĩcæ — REpertorem nouum: et Hieronica/ rum corona decorandum: liberiq; patris triumpho excipiẽdum. Vt po/ te qui noua et inaudita in mediũ afferat: quæ aut Pius ignorauit: aut diſſimulauit: quinimo per cuniculos irrepens hic Curculio: aceruos horrei piani tẽtauit arrodere: ſed infra palmũ non deſcendit. Infantiſſimus ſimul ac impu/ dentiſſimus: Caco etiam Auẽtino improbior: ut qui aliena in ſpeluncam rectis ueſtigiis ar/ menta deducat. Perinde fur iſte: non minus q̃ furioſus ſententiam Pii: nec quidem uerbis tentauit exprimere: omnia/etiam cum pului/ ſculo / conuertens.

Cacus ã/ uẽtinus

Fur fu/ rioſus.

ẽt cũ pul uiſculo.

Pilato furi dies dicta.

Caput.III.

PILATVS. Cum Telebois: Taphiis: ſiue Cephaleniis: de quibus Strabo hæc. etc.

ACHILLES.

IBet laxandi:leuãdiqꝫ animi:et ſtu/ Archide/
l dioſis riſum ciendi gratia: Archide/ mides..
midis huius (ne dicam)furis manife-
ſtarii:non ſecus ac publice condemnati:mor- Mors ſuſ
tiqꝫ ſuſpẽdioſæ adiudicati:ablata:furta:et fla- pẽdioſa.
gitia multa ſubſignare : pronunciareqꝫ ueluti
præco.Hoc a Pio totum mutuatus eſt. Nõ.n. Homo/
me præterit ungulatã hanc Celeno et Homo/ nẽ argil
nem argillaceum Strabonis codicem nũq̃/aut laceum.
legiſſe/aut quidẽ olfeciſſe : ut pote qui prima
adhuc elementa ignoret. Sed iam dies illi eſt
dicta:facinora eius publice proclamãda ſunt:
et ad cætera ſtilus auocandus.

Quid ſit Paraſtichis:cuius interpretationem ſignificatũqꝫ ex profeſſo Pilatus ignorat. Caput.IIII.

PILATVS.Et ut ab hoc incipiamus:profitemur certe nos quoqꝫ i græcarum literarum curriculo ſupra trigeſimum quintum annum uerſatos:etc. Verum quid paraſtiches numero plurali apud græcos ſignificaret nunq̃ deprehendere potuiſſe : neqꝫ nomen ipſum a quoq̃ relatum.

ACHILLES.

Seiculus trebacisſimus.

ONuellendæ profecto eſſent aures huic babi: et ſeniculo (ut ita loquar) trebaciſſimo: ſed ungulis ferreis: qui apud græcos ſe nunq̃ deprehendere ualuiſſe profitetur: quid dictio Paraſtichis ſignificaret nomenq; illud a nullo relatum eſſe: dicere aũ det: Quum id ita propemodum interpretetur

Paraſtichis qd.

Sudas. παραστιχίσ. ἡρακλείδησ ὁ ποντικὸσ, ἔν τι τῶν ἰδίων συγγραμμάτων ἐχρῆτο μαρτυρίαν. ὡσ σοφοκλέα. αἰσθόμενοσ δὲ ὁ διονύσιοσ ἐμήνυσεν αὐτῷ τὸ γενονόσ. τοῦ δὲ, ἀρνουμένου καὶ ἀπιστοῦντοσ, ἐπέστειλεν ἰδεῖν τὴν παραστιχίδα. καὶ εἶχε πάγκαλοσ. Latine ſic. Paraſtichis. Heraclides ponticus ĩ quodpiã ſuorũ uoluminũ teſtimonium utebãtur: iuxta Sophoclem. ſentiens autem Dionyſius: quod actum erat illi nuntiauit: eo uero negante: minimeq; credẽte: miſit uidere paraſtichida: ſicq; bene ſe habuit. Vbi (ut palam eſt) Paraſtichis pro indice manifeſte ponitur: iamq; dignoſcitur Bucconem grãmaticulum mendacem eſſe. Dices forſitan: Latina calleṭ Pilatus: græciã ſalutauit a limine: nec cum trãſmarina cõgreſſus eſt Venere. Immo ſi iactantem homũculum audias

ſolus eſt qui græce ſapiat, Sed/ut uideo/græca uina magis q̃ libros olfecit/liberoq; græco potius q̃ libris operam dediſſe facile oſtẽdit. Impingẽda eſſet profecto illi amphora in caput: ut ſaltem ex græci odore uini: græcam ĩ homine ſapientiam coniiceremus. Sed in latinis nihilo ſecius eruditus: ut q nec Geliũ attẽtauit: cuius hæc uerba ſunt libro .xiii.

Libero potius q̃ libris

Id etiã iſtic ſcriptum fuit: qui ſint apud Homerum uerſus ἰσόψηφοι. ideſt pares: et quorũ ibi nominũ reperiatur παραστιχίς. ideſt capita et primæ uerſuum literæ.

Impreſſorum id erratum eſſe/quod Pio Pilatus adſcribit.

Caput. V.

Ddit uir minimi pretii/ſe neſcire cur
a Pius cõfiunt ſyllabon: pro: cõficiũt: ſcripſerit: quũ talis error/qui nec in pueriles mẽtes cadit/bibliopolis ſit potius adſcribẽdus: quorũ incuria nedũ Pii/ſed ueterũ recẽtiorũq; codices ineluibiles maculas cõtraxere: id quod Pium exciuit ut cõmẽtarios ſuos in horas retractet/ac noua incude procudat: Pilati exchartabulis tantũ diſſimiles: quãtum Hypanis ueneto diſſidet eridano.

Maculæ ineluibiles.

Exchartabula.

Syllabon quid. Syllabon autem indicem eſſe quis / niſi Pila/tus / ignorat ? quo titulo primus Plinii codex in priſcis exemplaribus inſignitur.

An latini poetæ ueteres in comœdia pedibus uterentur. Cap. VI.

PILATVS. Mutauit ſeſe ĩ eius formã cõiu/gis. Ita ſcribi debet uerſus metri neceſſitate: nã ſi: in formam eius: legas: claudicabit uerſus.

ACHILLES.

Audacia effrenis. Nocturnus Plautinus. Georgi⁹ Merula. II Boni effrenẽ hominis audaciam/ nihil aduertẽtis/ et ſupra Plautinum nocturnũ dormitãtioris: nũc ẽ pro/fecto exſibilãdus/ nũc explodẽdus. O medici inſano huic mediã pertũdite uenã. Qui Ge/orgiũ Merulã doctrinis omnigenis præſcatẽtẽ et literatorũ pſidium floccifacit: qui primus Luci Plautũ reddiderat / et ex codicibus anti/quiſſimis/ ac uetuſtiſſimis eum ꝓmulgandum curauerat: quippe q minime ignoraret/ antiqs exẽplaribus fidẽ adhibẽdã/ nihilq; in his imu/tãdũ temere: quod ſolus Pilatus facere auſus eſt: nõ aduertẽs Philippũ Beroaldũ: nũq̃ ſine utriuſq; linguæ uiri doctiſſimi pfatione/ nomi/nãdũ/ annũ ab hinc quartũ/ codicẽ Plautinũ edidiſſe/ et ex priſcorũ exẽplarium auctoritate

Philippus Beroaldus.

emaculaſſe: nihilq; temerario auſu: et ipudēti inuertere uoluiſſe: Saracenū prӕterea uirū nō indoctū/ueterū codicū reuerētia: quēadmodū digniſſimi uiri/Merula/et Beroaldus/nihil ꝓ libidine ſua iuertentē/intactū reliquiſſe. Verū enimuero quum morborū omniū/auctore in Phœniſis Euripide/maximū ſit impudentia: ambitioniq; graui: ut idem inquit Euripides: morbo inexa ſit/temerarios ꝓcipites/calcatis pudoris et modeſtiӕ repagulis hallucinantes adeo/et cӕcos efficit: ut nihil eminus/nec cominus ꝓculdubio intueri queāt. Quēadmodū nugoni huic/et ī utraq; lingua teterrimo omnium tenebrioni contigiſſe intelligimus: cuius quidē tanta eſt impudentia/tenebricoſitas: et hallucinatio: ut ne inſpicere etiā poſſit/uario imprimis genere carminum (ut meminit Priſcianus) comœdiā latinam conſtare: quo fieri poteſt/ut uerſus hic/aut ſyllaba/aut pede ab aliis differat: quales ſunt Catalectici/Hypercatalectici. Nec ſemper ſunt unimodi/nec paribus pedibus/aut pedum ſedibus inſigniti. Propterea a Terentiano dictum eſt.

Bernardus ſaracenus.

Impudētiā morborū omniū maximum.

Teterrimus tenebrio.

Tenebricoſitas.

De uerſibus comicis.

Vitiant iambum tractibus ſpondaicis.
Et in ſecundo: et in cӕteris ӕque locis.

Terētianus.

Cæterum non iãbum modo uitiant:ſed quã-
doq3 etiã pedũ leges certas omittũt. Vt Plau-
tus cæteriq3 latini comici faciũt. Peccãt autem
arte nõ inſcitia, ut docet Terẽtianus: Fidẽ.n.
fictis dum procurant fabulis, ne ue sint ſonora
uerba conſuetudinis, Paulũq3 rurſus a ſolutis
differant. Magis iſta noſtri: nã fere græcis te-
nax cura eſt iãbi. Vide Terẽtianũ quoq3 ſcire:
ꝙ nõ penitus caruerint hoc græci ut i ſecũdo.
et talibus ponerẽt ſpõdeos, uel dactylos: quod
oſtendit dicẽdo. Magis iſta noſtri, nã fere græ-
cis tenax cura eſt iãbi. Aſitionius idẽ etiã cõfir-
mat his uerbis. Comici poetæ laxius etiã i uer-
ſibus ſuis, ꝗ tragici ſpacium dederunt: et illa
quoq3 loca quæ proprie debebãtur iãbo: dac-
tylicis occupãt pedibus. Hæc Priſcianus. No-
ſtri quidem licẽtiores extitere ꝗ græci: qui ſol-
licitioris curæ fuerunt, ne quid cacometros (ut
Priſciãi uerbo utar) ſcriberẽt: ut latini et Plau-
tus maxime fecerũt: quod his carminibus do-
cere uidetur Horatius. Vos exẽplaria græca
Nocturna uerſate manu: uerſate diurna.
At ueſtri proaui Plautinos, et numeros et
Laudauere ſales: nimium patienter utrũq3
Ne dicam ſtulte mirati: ſi modo ego, et uos.

Aſitio-nius.

Cacome-tros.

Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto.

Quare Horatiano hoc teſtimonio comprobatũ accipimus Plautũ metro nõ ſemꝑ uſum: quum antiquos ſtultos ac nimiũ patiẽtes/qui Plautios laudauere numeros/appellet. Quod ſi Plautus legitimo pede ſemper uſus eẽt: fruſtra artificioſiſſimus poeta Flaccus eos q̃ modulos laudauere Plautinos reprehẽdiſſet: Pliniuſq; Cecilius nequicq̃ Plautũ metro ſolutũ appellitaſſet. Iã Pilatũ obſtricto collo teneo: iã manifeſtario iudicio pagitur inſcitiæ reus: iã ad Lugdunenſem arã appulit: ubi aut moriendũ eſt: aut abligurriẽdum/delingẽdumue quicq̃d ſtercorii inter fugiẽdũ: Bonaſi Pãnonii iſtar: ut ab iſequẽtibus tutus eſſet/effudit. Sed catẽnatum uirulentum hunc/tabificũq; cerberum ex tenebris ſuis nũc trahamus/exlatebremus/extrudamus. et Quintiliani antidoto uenenũ ſuũ cogamus euomere: ut nedum capite: ſed ipſa etiã caudæ extremitate palpitare iã deſinat hic coluber/ſenex prærãcidus/aquariolus/atq; cunnilingus. Quintilianum tandem de ſumma rerũ decidẽtem audiamus. In comœdia (inquit Fabius) maxime claudicamus: licet Varro muſas/Epii Stolonis ſentẽtia

Obſtricto collo.

Lugdunẽſis ara

Bonaſus pãnoni9

Antidotum.

Aquariolus.

Cũnilingus.

Plautino dicat ſermõe loquuturas:ſi latine loq
uellẽt:licet Ceciliũ ueteres laudibus ferãt:licet
Terẽtii ſcripta ad Scipionẽ Africanũ referan-
tur:quæ tamẽ ſunt ĩ hoc genere elegãtiſſima:
et plus adhuc habitura gratiæ: ſi intra uerſus
trimetros ſtetiſsẽt. Vix leuẽ cõſeqmur umbrã:
adeo ut mihi ſermo ipſe Romanus nõ recipere
Venus attica.
uideatur illã ſolis cõceſsã Atticis uenerẽ: quũ
eã ne græci qdẽ ĩ alio genere liguæ obtinuerit.
Hæc. M. Fabius. Si Terẽtii igitur ſcripta:Co/
mœdiæ ſcilicet:plus adhuc/ex auctoritate tãti
uiri/gratiæ habitura erãt:ſi ſtatis pedibus/atq;
Ametros
legitimis currerẽt:quãto Plautus ametros ma/
gis putari debet: qui nec grãmaticorũ quidẽ
placitis ſubici uoluit:ex paſſiuis nãq; deponẽ
tia:ex actiuis neutra:ex deponentibus actiua:
Oẽm cerebrum.
ſubinde pro libidine facit:caſus ĩmutãs:uerba
Hãc rem ſtudeo.
denormãs:ut oẽm cerebrũ:hãc rẽ ſtudeo:Ra-
Rabonẽ pro arrabone.
bonẽ:ꝑ arabone/dixerit:Coniã pro Ciconiã.
cõſueto dicẽdi genere nõ libẽter uſus:liberta/
tis ne dicã licẽtiæ ĩmodicus amator: id qđ etiã
a Catullo (ut palã eſt)uſurpatũ eſſe conſtat in
phaleciis: modo iãbum:aut ſpondæũ in ſede
Conia ꝑ ciconia.
Trochei collocãte: mõ ĩdiſcriminatĩ utroſq;:
magnos ſequutus auctores: ſi Fortunatiano

credimus. Quod ſi Catullo licuit (ut licuit)
permutare ſedes/interpollare pedes : metrorū
genus ĩnouare: qui minus poetæ antiquiſſimo
Plauto licuerit? Ea pſertim ætate florēti: qua
maior rerum et uerborū: q̄ pedū cura habe/
batur. quod quidem ex Ennianis: Lucilianis: Latina
Pacuuiāis: Laberiāis: Actiāiſq; teſtimōiis/per ſeges.
latinā segetem huc/illuc diſpſis / patet. Apud
quos mira ſed iucūda ī pedibus licētia pcipit.
Proinde ab Ouid. licet in re diſſimili dictum.
Exit in immenſum iucunda licentia uatum:
Obligat hiſtorica nec ſua uerba fide. Pedicu/
Nōne Ennius ī Phageticis ſcrupuloſitatē hāc laris ſcru
pediculare ī uerſibus cōtēpſit? ut q inqt. Me/ puloſitas
lanurū: turdū: Merulamq; umbrāq; marinā.
Idē. Surrēti Aelopē: facimus glaucū apd Cu/
mas. In quorū uerſuū primo liguritor Pilatus
minutiarūq; ſyllabicarū ſcrupuloſus ſcrutator
in Melanuri prima: et tertia ſyllaba duplicem
deprehēderet errorem: In ſecundo delictū cō/
mitteretur piacularibus uictimis expiandum: Piacula/
Quod in uoce: Apud. d. abicitur pro ſibilo: res uicti/
quod eſt. s. literæ peculiare: Auctore Quītilia/ mæ.
no libro primo. Taceat igitur hic bipes aſellus Fuſtua/
fuſtuario lugdunenſi ſubiicendus: omnium rium.

impitiſſimus : bonorũ oſor:obloqutor:Nauſeator : Stomachator:deſinatq́ literarũ præfectis obſtrepere: ne quum ſe Cycnum cãtu credat:clangore obſtrepero improbulus anſer agnoſcatur. Hermolaus uir eminentiſſimus in quadam Epiſtola taxat eos:qui plautinos ſales audent attentare:metrorũq́ cẽſuræ ſubiicere. Cuius uerba:quoniã de ſumma rei deciHermolaus. dunt : lubentiſſime ſubſcribã. Quod tu octonariolos meos ꝓbes:amicitiæ eſt:quod alii felicitatis:quod ad eos populi cõcurſus fiat: partim lætor:partim doleo : alterum ut adeuntes æmulatio exacuat:alterum quia fore uideo:ut multi me rideant:quaſi aut cũ Plauto certare ſalibus et eloquẽtia uoluerim / aut rem latinã ſuppoſititio quodã partu uelut auctario iuuare cogitauerim:ceu non multo melius ſit : comœdias eius poetæ ambuſtas et mutilatas circũferri : q̃ reconcinnatas interpollataſq́ de meo:non ſecus hercule q̃ qui ſtatuas antiqui operis ſine capite aut pedibus inuẽtas reficiũt ferruminãtq́:nec uident longe minus ſic integras placere q̃ trũcas. Hæc Hermolaus. Sed ut ueſaniẽti Horeſti huic cædamus:et ꝓ pedibus Plautinis/tãq̃ pro focis/et aris ꝓpugnãtẽ

Pilatum protegamus: interrogemus unde nã hoc ſumpſit Bacchanaliorũ uentoſus antiſtes/ pædagogorum plagoſorum protomyſtes/ opi danorũq; cirratorũ feruligerũ formidamen: Vnde inq̃ metrorum Plautinorum Regulam ſumpſit/an ab alio q̃ a Pio? qui longa præfa tione/et eruditiſſima in Plautinorum cõmen tariorum ueſtibulo: qui et quot comicorũ ſint pedes adamuſſim: ex Epheſtiõe: Ariſtophanis interprete/ aliiſq; plurimis claſſicis auctoribus edocuit: quos Pilatus ipſe ſecretiorum muſa-rum profanus: nũq̃/aut uidit/ aut legit. Qua de re furũculum iſtunc et impudoratũ (ut Hie ronymi uerbo utar) grãmatiſtam/ ſpicilegium ſuum hinc ſibi paraſſe manifeſtariũ eſt: nihil ſane noui in medium afferentẽ. Sed latiſſimũ Pii flumen/ ut Cyrus/in paruos deriuantem riuulos. Qua propter taxandus minime fuit Pius: quippe qui/ne ſemper ĩ hiis friuolis eſſet occupatus: quæ uel Cẽtimetro Seruio nauſeã mouere poſſent/ arcem metrorum ſemel in-uaſit. Non enim tam duri eſt oris/ut inculcare ſubinde uelit: et (ut prouerbialiter loquar) telã Penelopæ retexere.

Ferulige rũ formi damen.

Impũdo ratus grã matiſta.

Spicile gium.

Telã Pe nelopæ retexere

Dictionem: Flacco: Plautinam eſſe.

Caput. VII.

PILATVS. Fruſtra habet fruſtratur eludit: ſubsãnat: neq̃.n.admittẽdũ censemus quod Pius inquit: in mẽbranaceis codicibus: nec eo minus probioribus scriptũ eſſe: Flacco habet.

ACHILLES.

ſ

I Hieronymum religiõis nostræ primariũ legiſſet hic nebulo: et stercoreus magistellus/ liguam pasceret/ et maledicẽtiæ renũciaret: qua dũtaxat/ ſe mũiri putat/ omnis eruditionis egenus. Est (inquit Hieronymus) boni interpretis officium/ uarias in mediũ explanatiões afferre: ut e multis ſequatur unus quiſq̃ quod uelit. Nec enim ex codice promiscuo dictionem: Frustra: eradit Pius: sed prisci codicis reuerẽtia adductus/ posteris significauit quod inuenit: ut si forte lectionem hanc reperirent: in eius explicatione quærẽda tempus non tererẽt. Vide belluinum hominis ingenium/ et corda cornea: qui quod nõ uidit cæteros itidem nõ uidiſſe arbitratur: tã q̃ solus is reperiatur/ q sit/ ut oculus iustitiæ pãscopos: et supra solis Homerici lumina cũcta: et uideat/ et audiat. Noua fortaſſis ascribit Plauto Pius: qui uerbũ afferat (ut ita loquar)

Stercoreus magiſtellus.

Corda cornea

Panſcopos.

Plautiniſſimum. Alibi nãq; hac uoce Plautus utitur: eo uersu. Perii Flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

Quid per uerbum ringere: et ringitare significetur euentilatum.

Caput. VIII.

PILATVS. Raptãt ꝓ mœchis/mutuis se affi-ciũt cõuiciis. etc. Raptãt scribẽdũ utiq; est: ex codicibus oĩbus: tã ueteribus q̃ nouis: non rin gitant ut comẽtus ẽ Pius: nulla sententiæ. etc.

ACHILLES.

VNq̃ ne impurate reſcipiſces? Nõq̃ ꝓfecto (ut uideo) Miſer/ah miſer q̃-rẽdus ẽ ẽt/ atq; ẽt animus: i ergaſtu-lariæ grãmaticæ fetoribus iãpridẽ amiſſus. Sed ne tẽpus obloquẽdo/nugãdoq; (quod ipſe fa-cit) conteramus: cõpendiũ faciendũ est. Nullo quidem grauiore fultus adminiculo Piũ mu/crone sed plumbeo ĩpetiit larua hæc umbrati-lis: quũ nihil noui in mediũ attulerit. de uer-bo nãq; ad uerbum Pii interpretationem ex/ſcripſit: qui lectionem promiſcuam haud im/probauit: uerum quam in diuerſis codicibus uocẽ repererat interpretatus est/ multorũ sto-macho seruiens/ ne forte quod tacuiſſet igno- Larua umbratilis.

raſſe uideretur. Cæterum dicat/oro/ Pilatus/ quare Ringitant legi non poſſit: an fortaſſis/ ꝙ nullus eo uerbo utat? Inſanus mehercules/ et mētis infirmus/ et inops conſilii: qui Pium Terētii/ Maronis/ et Sidonii auctoritatibus ful citi minime perſpiciat: quibus improuidū hūc coracem euidētiſſime reiicit/ fugat/ proſternit. Siquidem ita in Phormione Terentius. Dum tibi ſit quod placeat: ille ringitur: tu rides. Do/ natus Ringi eſt ſtomachari. Marcellus autem: Ringitur/ iraſcitur interꝑtatur. Sidonius etiā. Multum Ringitur ocioſa uirtus. Poetam in obſcœno carmine Ringo dixiſſe/ ſunt qui affir mant. Tota nocte mihi litat Ringēdo. A quo fit frequentatiuum Ringito. Quo uerbo Plāu tū decentiſſime uſum fuiſſe nemo ibit īficias: quum in antiquis hoc primum exemplaribus repertum ſit: ſenſus deinde rectiſſimus ita eli ciatur. Ringitant pro mœchis: hoc eſt: pro no mine mœchorū ſtomachātur/ et ſubinde cō/ tendunt. Negabit tamen amuſos ipſe Pilatus: minimeq́ꝫ probādum autumabit. Cæterum ex omnium ſtudioſorum teſtimonio dicet Phile ros. Quicquid cacata Pilatus charta ſcripſit/ et prærācidis cōmētariolis: Qui Brixiā morietur

Improui dus co/ rax.

Pilatus amuſos

ad ipſam: et laxas ſcōbris ſæpe dabūnt tunicas: dignum id omne fore / quod legant cacantes. Vt Epigrãmatici ſcomate obiter utar.

Vocalē ſæpenumero alia ſequente uocali in ſcanſione retineri.

Caput. VIIII.

PILATVS. Bonoq; atq; amplo auctare per- petuo lucro. Amplificatio eſt per congeriem: et addendum fuit: q;: metri neceſſitate: Nam aliter non conſiſteret: quod Pius non uidit.

ACHILLES.

n VNC Improuidum, et cæcutientem aſionē lepide aucupati ſumus. Cu- ius alæ præcidendæ / conuellendaq; cauda: ne olorinum gregem muſarum prata depaſcentem infeſtare poſſit. Dicat / quæſo: ſyllabarius ratiocinator: an trimeter ex ſpōdeis et Iambis ſit uerſus iſte. ſi ita: ut prius: legatur. Bono atq; āplo auctare ꝑpetuo lucro. Sicut hæc. Vt uos in uoſtris uoltis mercimoniis: E mundis uendundisq; me lætum lucris.

Cæcutiē- tē aſionē

Syllaba- rius ratio cinator.

Vt uocalem potius in ſcanſione non abiicia- mus: q̄ in Plautino codice / qui per tot erudi- torum manus enatauit / temerario aliquid iu- dicio innouemus. Nāq; ſi Virgilio Heroico

carmine / ut cæteris etiam / uocalem licuit pro conſonante quandoq; retinere : ne duarum colliſione uocaliũ claudicarēt uerſus/longæq;: ut prius/remanerent:quemadmodum Maroniano hoc patet exemplo.

Vt uidi/ut perii/ut me malus abſtulit error.
Et hoc. Cydippe et flaua lycorias altera uirgo.
Alibi. Clamaſsēt ut littus hyla hyla oẽ ſonaret
Cõſimilit. Et lõgũ formoſe uale uale iqt Iola.

Cuius rei ſexcenta quoq; apud græcos / et Homerum præcipue/teſtimonia reperiuntur: cur non idem Plauto etiam:cui tantum licentiæ dedit uetuſtas/quod Homerus/Virgiliusq; uerſu hexametro ualuerunt:et ipſi comico nõ licuerit ? Hæc attamen non ſecus ac frigida: uana/atq; fabuloſa/minutus/ anguſtus / maleuolus/inuidus/difficilis / lucifuga / maledicus / monſtruoſus / et omnia ſemper deſperãs Pilatus reiiciet et auerſabitur. Sed reiiciat : auerſeturque / ut lubet : Tropæo ſaltem uulnere cadet : feſtiuiſſimum Cæſaris illud auditurus. Deinceps fugam capeſcens ne reſpexeris.

Lucifuga. — Feſtiuiſſimũ cæſaris dictum.

Pilati hallucinatio.

Caput.X.

PILATVS. Nuntiis ut præſim et lucro:addendum fuit: ut ad ſententiæ congruitatem: et orationis integritatem.

ACHILLES.

u IDE temerarium audaciſſimi hominis iudicium:qui nec quidem inſpiciat/ tales particulas ornatus gratia ſæpiſſime omitti:quod pueri etiam elemētarii nouerunt.Quapropter in his/tāq̄ uulgaribus insiſtendum eſſe minime duco.Sperare ne debemus hunc ad ſidera plautina/nouis repertis pedibus(ut pollicetur)aſcenſurum : qui radices ignoret? et ut auis humiuola ſerpat humi tutus nimium/timiduſq; procellæ. Cum Pio ſentit et Beroaldus:cuius auctoritate/non ſecus ac gladio / fit Muſculus iſte ſoricina Nænia confeſſior. Pilat⁹ ut auis humiuola. Nænia ſoricina.

Defenduntur a calumnia
Plautus et Pius.

Caput.XI.

PILATVS. Lucrum perenne uobis ſemper ſuppetat. q̄ ſe hoc loco Pius oſtēderit nullam uerſus rationem tenere hinc iudicari poteſt: ille enim ſuperet:legit:non ſuppetat.

ACHILLES.

a PErtiſſime maligni huius/ et obſcæni pædagoguli impudentiam mirari me non deſinere profiteor: et ſimul Plauti cõditionem miſerari: quem inſcitiæ ſuæ cauteriis frequenter inurit/ mutat/ circũagit: interpollat/ tãq̃ anima Plautina/ Pythagorica metapſychoſi/ in Pilatum tranſuolauerit: quũ omnes Antigraphi pariter et Archetypi codices/ non ſecus ac illi qui a Merula/ Beroaldoq; profluxerunt: ſuperet: non: ſuppetat: adhuc reſeruent. Audet tamen hic Spinthurnix/ et Aſellus lãpſacenus uerba pro libidine ſua cõuellere/ abradere/ cõmutare: non Pium in hoc carpturus ſed Plautum: qui: ſuperet: ſcriptum reliquit/ non: ſuppetat. Quemadmodum in mẽbranaceis codicibus omnibus/ et impreſſis eſt animaduertere: quorũ ex Merulæ/ Angeli Politiani uiri literatiſſimi/ Bononienſi/ et Romana academia ĩfinita oblata eſt ſeges. Pium carpit hic Ardelio/ ꝙ modeſtus eſt: et i alieno codice minime ingenioſus. id quod nihil mehercle aliud eſt/ q̃ temeritatis Pium accuſare: ꝙ temerarius eſſe noluerit.

Obſcęus pædagogulus.
Inſcitiæ cauteria.
Pythagorica metapſychoſis.
Antigraphi: et archetypi codices.
Spithurnix.
Aſellus lãpſacenus.
Angelus politianus.
Ardelio.

Trocheum in metro Comico admitti.

Cap. XII.

Rocheus pes (ſubdit bipes hic aſellus et Atticæ febres) non ingreditur genus hoc carminis. Rogemus ipſum: nũquid Scazontis ſedem quintam Trocheus ingrediatur. Et tamen doctiſſimorum diligẽtiſſimus Epheſtion auctoris apud græcos antiquiſſimi ſcazonta uerſum aduocat: In cuius ſede quinta nõ Iambus, ſed Trocheus poſitus eſt. Mutanda ergo erant auctoris illius uerba ab epheſtione uiro grauiſſimo: quandoquidẽ a lege ſolita excidiſſe uidebatur? An potius, tũ indulgendũ, tũ aſſurgendũ putauit antiquis auctoribus: et ab eorũ cõſecratis uerbis, tãq̃ ab aris cõpeſcẽdæ ꝓfanorũ manus. Carmẽ ãtiqſſimũ quod epheſtion aduocat: hoc eſt.

Atticæ febres.

Epheſtiõ

Cõſecrata antiquorũ uerba.

Ἐπ᾽ ἄκρον ἕλκων ὥσπερ ἄλλαντα ψύχων.

Quemadmodum nãq; in penultima coliãbi ſede Trocheus ab hoc auctore ponitur Cur in penultima etiam Trimetri ſede Trocheus a Plauto inſeri non poterit? Idem .n. eſſet in primo: ac in ſecũdo erratum. Cõpeſcendi ſunt igitur: ut euidentiſſimis rationibus approbauimus: temerarii huiuſcemodi grãmaticuli: qui paulum ultra primas literas progreſſi, ce-

Temerarii grãmaticuli cõ- [illegible]

dere doctioribus indignãtur / omnia nõ ſecus ac Harpyæ fœtidæ cõmaculantes. Et quoniam liquor et liquidus prima apud Lucretiũ pro/ducta / contra grãmaticorũ placita inueniun/tur: audeant Ariſtarchæa auctoritate quod nõ probant mutare. Quanto honeſtius literariã prouinciam adminiſtraturi ſi epigrammatici ſententiæ applauderent: qui inquit. Male fa/cit: qui in alieno libro ingenioſus eſt.

Liquor et liquidus prima p̄ducta.

Catholi/ca epigrã matici ſē/tentia.

H. conſonantis uice fungi.

Cap. XIII.

PILATVS. Nũc iam huc animũ oẽs ad ea quæ loquar aduortite. Ita ſcribi debet uerſus: et addi dictio illa: oẽs: ex metri neceſſitate. qđ nec Pius nec Saracenus iterp̄s aduertetũt. etc.

ACHILLES.

HOmuncionem nouum / ſupra Millepedam uermiculum pedibus innumeris inſiſtentem: octo fere gradibus Trimetrum cõponentem. O imitatorẽ ſeruũ pecus / quot mihi idẽtidem riſus excietem: qui nullo regulæ metricæ libramento habito / carminibus Plautinis aduentitias et adulterinas dictiones inſerit. Operæpretium medius fidius eẽt / ut nõ ſecus ac puer / ſenex hic repueraſcẽs:

Millepe/da.

Senex re/pueraſcẽs

cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideret:tum librū legeret: ſi unā peccauiſſet ſyllabam/fieret corium tam maculoſum/q̄ eſt nutricis palliū. Vt qui puerilius i uerſu Plautino errauit:dictionē (fortaſſis inſaniens) uerbūq;/quod oīa quidē peruertit:ſuperaddens. Nā ſi priorē lectionem ſequimur:ita legentes. Nūc iā huc animū ad ea quæ loq̄r aduortite. Rectiſſimus erit uerſus / ſic uidelicet ſcandendo. Nunc iam. Huc ani. Madea. quæ loquar. Aduor. Tite. Vt primus pes ſpondeus ſit. ſecundus dactylus. tertius tribrachus. quartus dactylus. quintus ſpondeus. ſextus Iambus. Sed hoc in loco. H. conſonātis uice poni ſciēdum eſt. Quemadmodum Virgilius.

Terga fatigamus haſta.

Itidem Aeneidos libro decimo.

Qualem uirgineo demeſſum poplite florem
Seu mollis uiolæ ſeu languentis hyacinti.

Preterea Catullus:

Iam ueniet uirgo iā dicetur hymenæus. Idē.
Tū thetis humanos non deſpexit hymenæos.
Iuu. uiuēdū eſt recte cū pp plurima tum his.
Lucilius. Sed quid hæc animo trepidanti dicta profundo. Quam priſcorū obſeruationem

Frigidiuſcul⁹ ſupputator. quū frigidiuſculus hic ſupputator ignoraret: ad eas uanitates declinauit: ut in Curculionis prima ſcæna uerſiculum iſthunc ita legat.

Quo te dhoc noctis dicam proficiſci foras.

Interpoſitam dicens: D : literam Euphoniæ cauſa. quæ fatuitas nec duplici quidē anticyra ſanari poteſt. Qꝺ ſi uerſus ſuperior ita legatur ut egregius hic nebulo autumauit: manifeſtiſſime iprimis claudicabit: nec ullus deinde ſenſus rectus elici poterit.

Egregius nebulo.

Vocalem :M: elemento prepoſitam Ectlipſim non pati.

Cap. XIIII.

DDit deliciarum Plautinarū inclementiſſimus incubator, in illius carminis expoſitione.

Incubator.

Sed mos nūq̄ illi fuit patri meo.

Addendum eſſe: is: metri neceſſitate. Cæterū non aduertit uocalem: M: literæ præpoſitam ectlipſim minime pati: quinimo (id quod maius eſt) produci. Queādmodū in ſuperioribus comprobatum eſt Enniano hoc teſtimonio.

Surrēti Aelopē facimus Glaucū apud Cumas.

De qua re inferius quoq; a nobis affatim latiusq; dicetur.

Delira Pilati interpretatio.

Cap.XV.

ſ VBdit etiã ridiculoſiſſimus nebulo: ex eruditorũ decuria prorſus explo/dendus: id carmen inuertens.

Nebulo Ridicu/loſiſſi/mus.

Gratum arbitratur eſſe id a uobis ſibi.

Dicens ſcribendum. Datum eſſe. etc. Quo delirio nihil ꝑfecto delirius. Interp̃tatus Iouẽ arbitrari datum eſſe ſibi a Romanis quicquid beneficii ipſe in Romanos contulerit. Tãq̃ a mortalibus ipſis boni ſi quid contingit largitũ ſit. Valeãt igit̃ grãmaticuli huius ꝓdigioſa gloſsẽmata/cæſali ſpurciſſimo adiudicata.

Gloſsẽ/mata ꝓ/digioſa.

Nullam metrorum legem Pilatum tenere declaratum.

Cap.XVI.

PILATVS. Tragicocomœdia. faciam inqt ut ſit quiddam miſtum ex tragœdia et comœ/dia: cuius nomen ſit tragicocomœdia. Nec ſcribendum eſt togatocomœdia: ut hariolatur Pius contra metri rationem.

ACHILLES.

p ROH Dii boni/qd hoc tenebrione tenebricoſius? Quid hoc ĩpuro grã/matiſta fœdius impudẽtiusq; ? Quid

maligno ãudaciq; Piláto malignius audacius ue eſt?Qui in metrorum ratione/non ſecus ac heros in clypeo / gloriatur: quũ Arhythmos: Ametroſq; maniſeſtiſſime appareat:ut pote q contra metri rationem eſſe aſſeueret / ſi apud Plautum: Togatocomœdia: legatur. Id quod falſum penitus eſſe nemo ibit inficias: quan/doquidem/etiam ſi togatocomœdia ſcribatur: carmen Plautinũ rectiſſime hoc pacto dedu/cetur. Faciut. Cõmi. ſta ſit. toga. toco. mœdia. Vt primus pes Anapeſtus ſit. Subſequẽs ſpõ/deus. Iãbus tertius. Iãbus et quartus. Penulti/mus ſpõdeus. dactylus uero poſtremus. Serpa/ſtis(ut uideo) pædicoſus repueraſcẽsq; ſenicu/lus hic ĩdiget.: qbus gradus mouere cõdiſcat: q pedes ẽt uerſuũ/quos ſolus nouit ignorat.

Arhyth/mos. Ametros

Serpaſtæ

Turpiſſimus eiuſdem lapſus.

Cap. XVII.

PILATVS. Quoniam hic ſeruos quoq; partes habet. Ita ſcribi debet uerſus ex priſcis exemplaribus. et non: pares faciam. Vt ſcri/bunt Pius et Saracenus. etc.

ACHILLES.

Pædotri/ba trilin/guis.

q VId garrit trilinguis iſte pædotriba? nõne et Pius ex fide priſcorũ exẽpla/

rium idem ſentit/ et ſcribit? Ingenui eſt animi auctore Plinio fateri per quos pfeceris. Quod quantũ ab hoc literatore abſit uel cæci uidẽt. Is .n. ut noui aliqd in mediũ attuliſſe uideat: Pium carpere nititur: adamuſſimq; ſententiã illius / et uerba exſcribit/in manifeſtario furto ac contumelia deprehenſus. Lege candide lector quid ſuper hac re Pius ſcribit: demum q̃ nauci ſit impudẽtiſſimus literator Pilatus/diiudica. Sed ut Veruecini huius capitis inſcitia detegatur: Addamus/uerſum quẽ ipſe improbat/ſtare poſſe: ut nec Comicorũ quidem metrorum rationem ullam tenuiſſe palã ſit. Carmen igitur a Pilato improbatum hoc eſt.

Quid igit? quoniã hic ſeruos quoq; pes faciã.
Quod recte ita deducet. Quid igi.tur quoni.
Hic ſer. Vos quoq;. pares. faciam. Hoc addidimus non ut Pium ſolum: ſed ut Merulam quoq; obiter tueremur / nec a uerſu quidem: nec a ſenſu excidentem: quippe quum/ſeruos quoq; pares faciat Plautus in hac Comœdia: hoc eſt/ſerui pariter et reges hic introducuntur: quorum alterum eſt Comœdiæ / alterum Tragœdiæ: quod in Commentariis ſuis Pius enucleatius exequitur.

Veruecini capitis inſcitia.

Cap. XVIII.

a DDit præterea in eo uerſu. Sit perinde / ut dixi. etc. Non perinde / ſed ꝓinde legẽdũ eẽ: quũ et ꝑinde: et ꝓinde utroq; modo legi poſſit. Id quod ĩ retractatiõibus / quæ ante cõmẽtariola hæc ꝓdierũt: Pius annotauit / lectionẽ utrãq; approbans.

Pilati hallucinatio.

Cap. XIX.

ſ VBiungit etiam in eodem carmine addendum eſſe: iam: ob metri neceſſitatem: quod temerarium nimis / et ſuperuacuum eſſe ſuperius affatim annotauimus: quãdoquidẽ antiqui in hoc metro Trocheũ quoq; inſeruere. quemadmodũ a nobis ex Epheſtionis auctoritate ꝓbatũ eſt. id quod ignariſſimus omnium Pilatus non aduertit.

In trimetris claudicantes ſæpe uerſus reperiri.

Cap. XX.

Libitina impuriſſimus.

a SSerit quoq; impuriſſimus hic libitina carmen id inmutandum eſſe. Siue q̃ ambiiſſent palmã hiſtriõibus. Nam (ut ipſe ait) claudicaret. Quod ſi fiat: nõ erit contra uerſus trimetri regulam: in quo

genere claudicantia ſæpenumero carmina re/periri Terẽtianus docet. Merula Beroalduſq; opinioni noſtræ concinunt. Eliminetur igitur furtificus Buccó clangore ſuo muſarũ deliciis obſtrepẽs: ex quarum cætu/ut anſeres ex agro campano/deturbetur.

Bucco furtificus. Anſeres ex agro cãpano

Comicorum metrorum rationis expers Pilatus.
Caput .XXI.

nON erit omittẽdum quod in explicatiõe illius carminis Garrit Pilatus. Diſſimilẽ rem ipſe in legẽ eſſe iuſſit Iuppiter. Non: diſſimilem: ſed: ſimilem legi debere/ob metricam rationem. quod prorſus falſum eſſe animaduertere poterit is/qui aliqd legis metricæ cognitionis habuerit: quum ita recte carmen id Plautinum deducatur. Diſſimi. Lem rip. Sinle. geſſe ius. Sit iup. piter. Vt ex Dactylo: Spondeis duobus: Amphimacro: Spondeo: et Trocheo conſtet. Valeat igitur/et Terentiane ualeat deſpicatiſſimus homuncio: qui: quum ex profeſſo omnium ſit literarũ expers: præterq̃ metri Comici: iam et illud/puſillum q̃uis et nullius ſtudioſis emolumenti/minime tenere deprehenditur.

Terẽtiãe ualeat. Homũcio d̃ſpicatiſſimus.

Fucus mēdax.

Trocheum in trimetris non excludi.

Caput. XXII.

MPlius/mendax hic fucus/innume/ras carminibus Plautinis pro libidi/ne ſua dictiões interſerit:inde pror/ſus eradēdas. Vt in eo uerſu facit. Virtute di/xit. etc. In quo dictionē: uos: ſuperaddit præter omnem ſenſus rationem: nec obſtat Trocheū in penultima ſede íſeri: Quod fieri ſupra op/portune diſſeruimus.

Verſum Plautinum recte conſiſtere.

Cap. XXIII.

PILATVS. Hoc quoq; etiā mihi ille í mā/datis dedit. addēdū fuit: ille: metri neceſſitate.

ACHILLES.

NObis in ſuperioribus: in metro nō tātum Comico: ſed Heroico etiam: uocalem: quæ alioquin abiici ſolet: retineri poſſe: affatim cōprobatū eſt et græco/rū et latinorū teſtimonio. quare ſæpius eadē repetere ſupuacaneū eſſe uidetur: quū uerſus plautin9 optime hoc pacto ſuis pedib9 cōſtet. Hoc quoq;. Tiā. mihi. In man. Datis. dedit:

Cap. XXIIII.

PILATVS. Quæ autē ſcribit hoc loco Pius de Annotino : et Hornotino legēs Annotino uel Hornotio ī ꝓſcenio: neutiq̄ ī aures noſtras ſuſcipiēda sūt: ut pote deliria et meræ ieptiæ.

ACHILLES.

IN Expoſitiōe illius Plautini carminis
Etiā hiſtriones nānio in ꝓſcenio hic.

Infit piſtrinarius iſte literator/et fetida opidicorū rubigo dentiū/ deliria Pii non probare: quū tamen Pii unā ex nōnullis īterpretationibus etiā cū puluiſculo ſurripiat: poſteros lectoresq; Phineas atq; Oedipodas exiſtimās: ac penitus exoculatos: qui manifeſtaria tabernarii iſtius uitilitigatoris furta non ſint animaduerſuri. Nōne Pius de nānio ꝓſcenio idē refert? Niſi ſi repertionis huius initiū ſibi Pilatus aſcribendū duxerit: ꝙ Pius Nānio dixit: ipſe autē Nannico: uerbū mehercle nec a latinis nec a græcis uſurpatū. Duas uero Pii multiſcii īterꝓtatiōes nō admittit Momus hic Aeſopeius: quas uerbis potius q̄ rationibus (ut aſſolet) īprobat: tāq̄ quæ Pilato minime placēt helleboroſo prorſus ac cerebroſo: cæteris nō sit placitura q aure ſunt lepida/Muſica/nec minus urbana. O rē ridiculā et nimis iocoſam.

Piſtrinarius literator.
Fetida rubigo opidicorum dētium.
Etiā cum puluiſculo.
Vitiliti gator tabernariꝰ.
Momus æſopeius
Helleboroſus.
Cerebroſus.

Franciſcus Philelphus. A pio eſt Franciſcus Philelphus in Epiſtolis: utriuſq; linguæ delicium.

Memoriarum antiquarum Buccardus inſolens.

Caput.XXV.

PILATVS. Nunc uos animum aduortite. addendum fuit:uos:metri neceſſitate.

ACHILLES.

ſ VPerius ex Ennii auctoritate annotauimus.M.elementum uocali ſubſequēte retineri. quod in hoc uerſu: ut in cæteris innumeris: Plautus fecit.Superfluit igitur dictio illa:uos:quam hic male diligens rerum diſcuſſor:et memoriarū antiquarum inſolens:metri præſcriptum ignorans:ſuperaddidit.

Male diligēs rerū diſcuſſor

H.conſonantis uice ſæpenumero fungi Pilatum ignorare.

Caput.XXVI.

ſ IMile eſt etiā quod paulopoſt delirās ait:ita carmen illud ſcribēdū eſſe.

Dum argumentū huius eloquar comœdiæ.

Quum in omnibus receptæ fidei exemplaribus ſic ſcriptum reperiatur.

Dum huius argumētum eloquar comœdiæ.

Receptæ fidei exēplaria.

Qnod quidē recte deducetur:ſi in prima ſede locetur ſpondeus: propter: H: quæ hoc loco conſonātis uice fungitur: ut ſupra quoq; Virgiliano hoc teſtimonio approbauimus. Terga fatigamus haſta: et. Clamarent ut littus Hyla Hyla omne ſonaret.

M. quandoq; non abiici.

Cap. XXVII.

i DEm fere: et ſimile tradit Pilatus inter ſtruthos potius/q̄ aquilas numerādus: in expoſitione illius carminis. Grauidam Alcumenā uxorem fecit ſuam. Nō Alcumenam: ſed Alcumenan ſcribendū eſſe: deceptus in eo/quo decipi minime debebat: M: uidelicet quādoq; non abiici: ut oēs paſſim obſeruant: et præſertim antiqui. quod qui non tenent nihil prorſus tenent. Vnde liquido coniicimus Pilatum/nec quidem inter grāmatiſtas eſſe referendum.

Int ſtruthos potius q̄ aqlas numerādus

Pilati furtum.

Cap. XXVIII.

PILATVS. Vſurā. uſū: fructū: et abuſum quoq;: Palladius ꝓ uſura tpis hoc opus adieci.

ACHILLES.

p ROH furem trifuremq;: Proh cor-

Fur trifur.

Cornicula æſopeia.
Autolic⁹.
Vngulata celēo.
Socrates apuleianus.
Erūnoſa paleſtra.
Aſteriſco dignum.

niculam Aeſopeiam furtiuis pennis amictam. Candidi(obſecro uos)muſarum aſſeclæ/commentaría Pii legite:homuncionisq; audaciam iſpicite. Mihi in animo fuerat ablata/huiuſq; Autolici et ungulatæ Celenus furta rapinasq; detegere:ut Socrati Apuleiano ſimilis pudenda renudaret:dum frontē:ſi modo impudentiſſimus frontem habet:uellare cōtendit. Sed ne ærumnoſam hanc ſubirem paleſtram / me creberrima eius furta deterruerunt : quæ numeroſiora ſunt/q̄ multus libyſſæ harenæ nu/merus Laſſerpiciferis iacet cyrenis. Nihil enim aſteriſco dignum in medium affert : quod ex Pii fonte profluentiſſimo non deriuet : etiam uerbotenus.

De : M : elemento quædam annotata.

Cap. XXIX.

PILATVS. Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat. Ita ſcribendus uerſus eſt : et addēdum fuit:hic:metri neceſſitate : et etiam ex codicibus antiquis.

ACHILLES.

a GNoſco quid nebulonem hunc exciuerit / metricæ uidelicet ſtructuræ

(ut aliarum quoq; rerum) ignorātia. qui neſcit antiquos: M: ſequente uocali, in carmine etiam heroico, non ſubtraxiſſe. Vt auctor eſt Priſcianus: cuius ex libro primo: ut cæci iſtius rabulatoris impudentia tandem opprimatur: uerba ſubtexui. Finalis dictionis ſubtrahitur: M: in metro plerūq; ſi a uocali incipit ſequens dictio: ut, illum expirantem trāſfixo pectore flammas. Vetuſtiſſimi tamen nō ſemper eam ſubtrahebant. Ennius in Decimo annalium.

Cæcus rabulator.

Inſignita fere tūm milia militum octo
Duxit delectos bellum tolerare potentes.

Hæc ille. Sed non ſolum Ennio: Verū etiam Lucretio pene hoc peculiare eſt. Sic enim ſcribit libro primo.

Corporū officiū ē quoniā ꝓmere oia deorſū.

Alibi.

Corporū augebit numerū ſūmāq; ſequetur.

Item libro ſecundo.

Nam quod fluidum eſt e leuibus atq; rotūdis.

Quod ſi Ennio Lucretioq; in Hexametris: cur Plauto: qui ante eius tempora floruit: in Comicis non licuit? Quāobrē deſinat iā diobolaris hic magiſtellus Plautinos ſales inſul

Magiſtellus diobolaris.

Nugas nugari. ſiſſimis dictionibus ſuis polluere. Neq; nugas nuget ex priſcis codicibus ſe iſthæc accepiſſe. nam aperte et manifeſtarie mentitur. Quum Beroaldus præſertim et Merula : qui infinita pene uolumina euoluerũt: Pio adſtipulẽtur.

Alia Buccardi hallucinatio.

Cap. XXX.

Sciolus pædonomus

VDet et ſciolus iſte Pædonomus carmen huic proximum interpollare.

a

Dũ illa qua cũ uult uoluptatẽ capit.

Eodem ductus errore: q; :M: excludit: quo nihil inſuauius pariter eſt, et infacetius.

Ridicula eiuſdem inter aſſimulo et aſſimilo differentia.

Cap. XXXI.

ERinde inaniter (ut aſſolet) ſudat: in differẽtia qua cenſet: aſſimulauit: dicendum eſſe non: aſſimilauit: quum tamen Iuppiter amphitryoni ſimilẽ ſe fecerit. Super qua re Pius tacet, tãq̃ leuicula, et ĩ qua Pilati ſimillimi literatores digni ſint qui paleſtrẽtur, et uelut de lana caprina contendant. Hinc hominis impudentiã deprehendere poſſumus : qui Pium etiam modeſte tacentem inſectatur.

p

Cap.XXXII.

PILATVS. Qui cum Amphitryone hinc abiit. Ita ſcribendus uerſus eſt: ut ſuis conſtet pedibus.

ACHILLES.

IRor quottidie magis homonē hūc
m ex luto fictum: et merā ſtatuæ ſtatuā Statûæ ſtatua.
audere carmē hoc Plautinū īuertere.
Qui cū amphitryone abiit hinc in exercitum.

Quod quum recte deduci poſſit: approbatio/nibus non indiget. Sex enim pedibus conſtat: ſpondeo ſcilicet/Amphimacro: Anapeſto: Trocheo: Spondeo: et Iambo. Nam Plautus Trocheū non excluſit: ut a nobis in ſuperioribus affatim. Quare q̄ ridēdus ſit hic puerorū Lydus facile cōiicies: ſi uerſum ſuum deducere conaberis: in quo neceſſitate etiam Diomedæa pedem inuenies bibreuem: quem ratio comica in ea ſede non admittit. Proinde abeat in malam rem pedeſtris iſte calculator: nec dignus quidem Pio præſtare matellam.

Puerorū lydus. Diomedæa neceſsitas. Pedeſtris calculator.

Cap.XXXIII.

ERinde in eo uerſu.
p Atq; ne q eſsem familiares quærerēt,
Ne Trocheum admittere cogeretur:

Mos laconū. qđem ſuperſtitioſius explodit q̃ Lacones externos: dictionem: ut: inſeruit. Quo cõmento nihil illepidius. Cum Pio Merula et Beroaldus ſentiunt.

Cap. XXXIIII.

N Expoſitione Plautini carminis in eadem fabula.

Tū meo patri torulus inerit aureus.

Natura echidnæa Quā a natura ſua / hoc eſt maledicentiſſima atq; Echidnæa / ut canis ab uncto corio / abſtereri non poſſit Pilatus literarum cænum fœtidiſſimum: uiderint ſi qui ita male feriati erunt: qui bonas horas perdere uoluerint. Nihil enim compendii faciet ille: qui cum hoc Momus. monſtro: momo: hydra: pithecio: ſpinthurni/ Pitheciū cio: moro farinis inſperſo: congredi uoluerit. Et quemadmodum ſpecimen et argumentum eſt hominis qui profecerit in literis / ſi ei Cicero placuerit: perinde ſignum præcipuum illiterati hominis / maleuoli / et canini putauerim: cui Pilatus placuerit / mera literarū gran/ Grāgrēa literarū et ozēa. grena / et ozena: dicaciſſimis fœtoribus ſuis omnia corrumpens: hoc ſolo ſe cenſeri putās:

ſi a Pio diſſentire uideatur: opiniones ſuas in uerbis/ non autem grauium teſtimoniis auc/torum probans: dignus alapas perferre latini: et paniculi depalmationes excipere. Nihil in medium afferri uideo: quod ſit liberali ani-mo dignum/ et eruditione ingenua. Pium gy/ganta uocat: q in cælum aliquando ſcandat: modo uero repat humi. Tāq̄ ignoret/ Vtis hic Homericus: nedum Homericus/ ſed et cothurnicum Vtis: auriculata ſcilicet noctua: ut qui ſemper ſit humiuolus/ hoc oratoribus eſſe præcipuū: qui/ modo amplificatiōe: mo-do ſublimitate cothurnata euehuntur in ar/dua: demum reuocato ſpiritu tapinoſi decen/ter utuntur. Aliquando Gigas eſt Pius: ut qui editiſſima ſemper cogitauerit/ tibi tuiq; ſimi-libus longe diſſimilis: qui Benaci lacus opidu-lum ſperare/ ſupra uota tua eſſe duxiſti: In quod errore hominum/ ac ambitione magis: q̄ auſpicato/ hoc eſt optiōe publica/ irrupiſti: dignum patellæ (ut pūerbialiter fertur) oper-culū: uidelicet ut perforatā nauem debilis gu-bernator regeres: et cæcus cæcos duceres in fo/ueam: taliſq; rector eſſes quales illi qui regū-

Latini alapæ.

Vtis homericus.

Humiuolus.

Tapioſis

Pius ut gygas.

Orbilius — tur. Orbilio ſimillimũs plagoſo grammatiſtæ:
Verba — et Orbilio deterior: qui ꝑ pathetica uerba cir-
pathe- — ratulam cateruam tuam ſubinde deduceres:
tica. — quos/ ut ruſticiores non haberẽtur / ad omnia
Cateruа — morigeros reddidiſti: ĩclinare pariter et inflec-
cirratula — tere nomina ibidinis argumentis edocefacie-
Ibidina — bas; plecebræ: ꝑnicies: aduleſcentum exitium.
argumẽ- — nam mare haud eſt mare tu mare acerrimũ.
ta. — Sed ut re potius q̃ uerbis Grunnii iſtius retũ-
damus affannias: ad cætera orationem noſtrã
auocemus. Reſpondeat mihi triuialis hic ma-
Illepedi- — giſtellus Libetris illepidior/ ubi nam codicum
or libe- — apud Plautum/ Trochulum legit: dignus tro-
tris. — cho cũ pueris ĩ triuiis ludere: in quibus præran-
Grãma- — cidam et fetutinam grãmatiſticen uenditaria
tiſtice fe- — lingua docet: licet ne ſpurciſſimo huic aſino ĩ
tutina. — paradiſos uiridariaqꝫ muſarum irrumpere? et
Lingua — uiolas roſasqꝫ inſultu temerario proculcare?
uẽdita- — amœniſſimos floſculos deteſtari: ꝙ ſibi ueꝑs:
ria. — ſpinæ/ et cardui perplaceãt? ut uerum ſit illud:
ſimilem habent labra lactucam aſino carduos
comedente: de quo ſemel in uita craſſum ait
Rãcida — riſiſſe Lucilius. Quis rancidam hanc opinio-
opinio. — nem fœtidiſſime ſcarabee te docuit? an tu Me-

tula/Beroaldo/Pioq; / qui plura legit q̃ olfe/ceris/aut ingenioſior es aut eruditior ? An tu ſolus inuentus es impurata bellua: Aquariole: trochile: pullorumq; tuorum προαστείων καὶ ἀστείων, qui dictionibus græcis latinum dimi/nutiuum dones? Nam quum á trocho trochiſcos dicatur a græcis per hypocoriſma / cur tu auſus impudentiſſime Blatero trochulum di/cere/quem omnes trochiſcũ dicunt ? Vt a ſatyro ſatyriſcũ/non ſatyrulum: a calatho cala/thiſcum/et id genus reliqua conſimiliter. Deſiderabam auctorem/uel proletarium / addu/ceres: ſed omnia licent tibi Pyladæ/ne dicam Horeſti: qui ſi mẽdaciũ dixeris: ſolẽs tuo more feceris. Et quoniam ĩ rebus arduis et perdif/ficilibus nũq̃ ſibi fidẽs Pius uarios aſſolet ſen/ſus adducere: alterã eius opinionem hæc Nitedula modo/e/tenebrarum uepretis extracta claſſiũq; ſcholarium ſorde/conatur arrodere: tanta inſania tãq; friuolis rationibus / ut cuilibet etiam ĩſulſiſſimo ſtomachum ciere poſſet. Ait enim Torquulum legi non poſſe / q̃ Torquiculus diminutionis forma diceretur. O mentem amentem. O mores prorſus mo-

Bellua ĩ/purata.
προαστεί/ων.
ἀστείων.
Hypocoriſma.
Proleta/rius.
Nitedula
Vepta.
Stoma/chũ ciere
Mentem amẽtẽ.

Mores mori. Pulſum ſepultū.

tros. 'O ſepultum pulſum: nil ſalit Arcadico iuueni corculum. Hac ratione ab equo equiculus deflecteretur/non equulus:a torno torniculus/non tornulus:ab homine hominiculus/ non homullus. a ueretro ueretriculum: non ueretilla. a capide capidicula/ non capidula. a nepote nepoticulus/ non nepotulus. a corde cordiculum/ non corculum. a thure thuriculum non thuſculum. a lingua linguicula/ non ligula. a glandio glandicula non glandula:et mille huiuſmodi:quæ citra honeſtarum aurium nauſeam proferri uix poſſunt. O Barathrum inſcitiæ profundiſſimum:Barathrum temeritatis: Barathrū fœtoris Italici:

Cimex fetutinus.

Cimicem fetutinum:de quo in Academia loqui piaculare putabunt illi: qui primoribus etiam labiis eloquentiam hauſerint: et eam

παιλία. Monſtrū cōflatile.

quam græci παιλίαν, nos eruditionē appellamus. Auerſamini ſtudioſi iuuenes hoc/ ex tot/ tamq; diuerſis portentis conflatile monſtrum/impudicum/auerſe/ et aduerſe impudicum:ingenuorum adoleſcentulorum pro-

Productor.

ductorem/ de Helenæ ſuæ noctibus idētidem paciſcentem: nullam pedum/nullam metro/

rum/nullam ſcitæ grãmmaticæ doctrinam cal/
lentem : cætera / nec primoribus quidem digi/
tulis attigit: q̄ ſupra crepidam non iudicat ſu/
tor. Deſpuite inq̄ muſarum candidati porcũ
hunc Cromyonium atticas delicias ſubruen/
tem: ſupra Bionem/Timonemq̄ uirulentiſſi/ Bion.
mum/ad garriendum optimum/ ad eloquen/ Timon.
dum ineptiſſimum.

Cæcutientis Pilati error.
Cap. XXXV.

NEptiæ hominis crebriores in horas
emergunt / indices q̄ nihil recte cal/
luerit/nec ſyllabarum quidem men/
ſum : in quo nedum Pyladem / ſed Achillem Pyladem
præſtiturũ ſeſe pollicebatur. Peruertit.n.car/ nedũ/ſed
men ſuperiori proximum. Achillẽ.
Ea ſigna nemo horum familiarium.

In quo / ut in pluribus labitur: q̄ ignorauit
H: alioquin aſpirationem : aliquando/immo
ſæpe / conſonantis uice fungi. Quod in arti/
bus/hiis / Donatus innuit. H: interdum con/
ſonans : interdum aſpirationis nota creditur.
et Virgilius etiam pro conſonante poſuit.

Poſthabita coluiſſe Samo.hic illius arma.
Quale Oratianum illud.
Nube cādēti humeros amictus augur Apollo.
Martianus in geometria.
Tellus quæ rapidum conſiſtens ſuſcipit orbē
Puncti inſtar medio hæſerat una loco.

Alius eiuſdem error.

Cap.XXXVI.

IMiliter in illo carmine.
Iouē et Mercuriū facere hiſtrioniā.

Pilatus ſciolus.

Sciolus errat Pilatus. Quum et hoc in loco:H:cōſonantis uice ponatur a.Plauto. Nec quidpiā addendum eſt:quinimo ſincera: ex codicibus Plautinis/quos Georgius Merula/Philippus Beroaldus ediderunt/lectio erit plauſibiliter excipienda:nā eo pacto integerrimus eſt uerſus/ſuiſq; pedibus conſtat.

Quid dictio/qua apud Plautū ſignificet:obiterq; Liuius et Cecilius enarrati.

Cap.XXXVII.

PILATVS.Quo facto aut dicto.Non placet Pii expoſitio : qua : legentis:et pro partim interpretantis.

ACHILLES.

h AVD mirum eſt ꝗ hoc Pilato non Cães nõ
placeat: quandoquidem canes etiam iuuat fa/
non iuuat falernum. Nec mirum ſi lernũ.
eruditos aſpernatur inſectaturq́ꝫ pileatus hic Simiol⁹
ſimiolus: eruditionis nẽpe totius expers nihil pileatus.
legiſſe aperte ſatis oſtendit. Neq́ꝫ mirum ſi Plautinum ſenſum miſellus nõ tenet homũ/cio: quippe qui nihil ipſe ſenſus mentisue te/net. Nullus autem adeo cæcus et amens ſit: qui Pii interpretationem reiiciat: ſi congruam ex Plautino uerſu ſententiam elicere cupit: quæ eſt ut: qua legatur et pro partim iterpretetur: ſenſusq́ꝫ hoc pacto purior plautinoq́ꝫ ornatui et eloquio ſimilior excipietur. Dicet forſitan Pilatus: neſcio quo auctore fultus: qua: pro partim interpretetur Pius: idcirco non placet. Cæterum (prætermiſſis tamen ſexcentis aucto/ritatibus quas enumerare ſi uelim prius tẽps q̄ exẽpla deficiẽs) duplici tantum exemplo / Liuiano ſcilicet ac Pliniano reſpondebimus / et doctis auribus ſatis ꝓculdubio faciemus. Liuii igitur hæc uerba ſunt ex libro ſecũdo ab urbe condita. Vſi ſunt qua ſuis quiſq́ꝫ / qua totius ordinis uiribus. Cecilius autem Plinius epiſto/

larum libro tertio ſic ſcribit. Medium tempus diſtētum impeditumq; qua officiis maximis: qua amicitia principū egiſſe. ubi qua pro partim īterpretari operæpretiū eſt. Deſinat propterea hic nebulo/nullo fultus adminiculo: Piū taxare: quem nullius unq̄ diſciplinæ error inuoluit. Si quidē/auctore Hieronymo/ Artificis oculus aurū uidet: ubi imperitus terrā arbitrat.

Aureā hierōymi ſentētia.

De uerbo Occillo: defenſusq; a calumnia Pius.

Cap. XXXVIII.

PILATVS. Occillet: frangat: percutiat: Garrit hic Pius ut ſolet: quum quid dicat nō intelligit dicēs. Cillere ſignificat mouere. etc. Adducens quædā exēpla eorū quorū Nōnius meminit in uerbo incillare. Sed Marcellus nec de occillo. etc. Cēſemus aūt occillet exponi debere ꝓ ꝑcutiat/et frāgat: ut ſit diminutiuū ab occo occas: qđ ſignificat cōminuere. etc. Nec cū cillere aut icillare ullam habet affinitatē.

ACHILLES.

n VGatur/cōuitiaturq;/ut aſſolet/Pilatus: quoniā loqui neſcit. Piū taxat grāmatiſtarum uiliſſimus et triuialis aſſeſſor: quum minime Pium intelligat.

Aſſeſſor triuialis.

Quando .n. de Incillare mentionem facit: tūc
nihil de Cillere loqtur Pius ipſe. Vt illiteratus
hic bubo sōniauit: putans tā amentē eſſe Piū:
ut Marcelli auctoritates de uerbo incillare: pro
cillere/in mediū attulerit: quū nullā præſertim
de uerbo cilleo/aut occilleo mentione Nōnius
faciat: ſed de incillo tantū. At inſanos imitat̃
(ut uideo), cerebellū hoc pultariū: qui quū ipſi
delirent/cæteros ſimiliter delirare arbitrantur.
Nam garrire Piū ratus eſt: quia et ipſe garrit:
garrulitate intermina redundans: cuius adeo
effrenis eſt petulātia: indomita colubrinæ lin/
guæ colluuies: os barbarū ac procax: et in con/
uitia ſemper armatū: ut eloquentiam/ad bene
uiuendū/beneq; dicendum repertam/in ma-
ledicentiæ piſtrinum detrudat: eaq; effutiat:
quorum neq; pes/neq; caput compareat. Vn/
de enim accepit/ꝙ ab occo fieret diminutiuū
occillo? quæ nāq; fraternitas eſt inter occare:
et uerbū occillo: a quo tāq̃ deriuatiuo occilla-
re ex profeſſo deriuatiuū et ipſum deflecti nō
poteſt? quippe quum deriuatiua a primitiuis:
non autem a deriuatis/detorqueantur. Adde
ꝙ occare uerbum eſt rem peculiarem ſignifi/
cans/et ad alia uim ſuam minime extendens.

Bubo il/literatus.

Cerebel-lū pulta-rium.

Garruli/tas inter/mina.

Colubri-næ liguæ colluuies

Eloquē/tia ad be/nedicen-dum.

Occare quid.

Quod ſi inde Occillo deflecteretur: ad cõtuſionem glebarum dũtaxat/non ad cætera: de/duceretur. Sed in hoc Pilatus nõ nimis redar/guẽdus eſt: ut pote cui noui quidlibet audẽdi ſemper fuit alta poteſtas. Verũ id ægre nimis: et impatienter fero: q Pio/quæ nũq̃ dixit nec quidem imaginatus eſt/ adſcribere ſit auſus. Ait enim Pium protuliſſe uerbum Incillo cũ occillo/ et cilleo affinitatem quãdam habere. In quo Siculum iſtum trilinguem aperte mẽ/tiri quis nõ uidet? Cæterum demus Pium ta/lia prodidiſſe. Cur non a Cilleo: occillo/et in/cillo fieri poſſunt? an piaculum maximum cõmiſit Pius? qui in explicatione uerbi occil/lo/Marcelli interpretationem ſuper uerbo in/cillo poſuit. Hoc enim prudens fecit: ſi quidẽ occillo et icillo idẽ ſignificare nouerat. hæc. n. duo uerba sũt a primitiuo cilleo deriuata: quo ſignificatur idẽ quod moueo. Vnde furcillas Seruius appellatas autumat a cillendo/hoc eſt mouendo frumẽto: quod Cynocephalus iſte omniũ ignariſſimus ignoraſſe uidetur: et uo/cem cillere tãq̃ inauditum inuiſumq; porten/tum deſpuere: atq; auerſari: de qua mentionẽ Nonius facit: quum uerbi ab eo deriuati me/

Audẽdi poteſtas Pilato.

Trilin/guis ſi/culus.

Furcillæ

Cynoce/phalus.

minerit:quicũq; enim aureum nomiſma dicit conſequenter et implicite aurum nominat: quãdoquidem hoc ab illo originat. An quid/ piam fortaſſis noui in mediũ attuliſti Pilate? qui Pianam(ad uerbum etiam)interpretatio/ nẽ ſubtraxiſti:niterisq; pro uirili:tuæ inſperſo temeritatis ueneno: puluerem ob lectorum oculos inicere: ut mangonizatis Pii ſentẽtiis: et maledicentia perſonatis: author ipſe alieni laboris appareas? Cæterum qui mediocriter etiam ſapiet:te Plautini ſalis occatorem:cum tuis occationibus occidione prorſus et fuſtua/ rio/aut uinculis Hippocratis digniſſimum iu/ dicabit:qui quorum ſimilitudinem deſperas: ut aliquid uidearis/ſimultatem affectas.Sed il/ laudatus pereas miſer neceſſe eſt.

Mãgoni/ zatæ Pii ſentẽtiæ.

Hippo/ cratis ui/ cula.

Vocalem alia uocali ſequen/ te retineri.

Cap.XXXIX.

VBdit in explicatione eius carminis
Duello extincto maximo:atq; inter/ nectis hoſtibus.

Non internectis: ſed internecatis:legẽdũ eſſe: ex uerſus neceſſitate.Id quod/ut cætera Pilati deliramenta:miror:quũ in dictione:maximo:

Accius. nihil abiiciatur: ut Accius in ãnalibus: de quo meminit Macrobius.

Iſte ut cũ dominis famuli epulentur ibidem.

Quale eſt illud Virgilianum.

Vt uidi: ut perii: ut me malus abſtulit error.

Et apud Catullum hoc reperies: exemplum ſub manu eſt.

Non ita me Di/ament quicq̃ referre putaui.

Virgilius item in buccolico ludicro.

Et ſuccus pecori: et lac ſubducitur agnis.

Lucretius autem in ſecundo.

Viuam progeniem qui in oras luminis edant.

Nec aliter/niſi i barbaris codicibus/inuenies: nam ſi: internecatis: legeretur: adeo inſulſus eſſet ordo: ut Plautinæ deliciæ ſorderẽt. Huic lectioni. G. Merula/et. P. Beroaldus cõcinũt.

Non obiecerũt: ſed obiecit legendum ex metri concinnitate.

Cap. XL.

Zoilus. NON poſſum non huic zoilo reſpondere: eiusq; impudẽtiam ſatis opprimere: qui i expoſitione eius carminis.

Qui multa thæbão populo acerba obiecit funera. Non: obiecit: ſed: obiecerunt: legẽdum

eſſe hallucinabundus ariolatur: atq; ſuper eo tot inania friuolaq; Pium coaceruare: ut maximum nugarum mõtem extruat. Sed hoc illi peculiare magis eſt/ q̃ Pio: qui nihil niſi meros literarum theſauros excuſſit: in quorum ſacraria Pilato profano magiſtello nõ licet irrumpere: quem/ Pimpleum montem impudenter ſcandere conantem/ muſæ furcillis præcipitem eiciunt. Eſtne eo ingenio aut eruditione præditus Pilatus: ut Pii/ nedum cenſuram facere: ſed etiam Pium ipſum doctiſſime/ literatiſſimeq; loquentem cimeria mente percipere ualeat? An nugas putat iſte nugator/ quæ a Diomede: Porphyrio: atq; grammaticis opinatiſſimis referuntur? ex quorum ſententia omnia hæc contexuit Pius: a quorum nomine quum abſtineatur tãq̃ a re notiſſima: putauit Amuſos hic e re nata Piũ iſta confingere: nec uidit lapidi (ut adagio inoleuit) ſubeſſe ſcorpionẽ. Quod autem ex metri neceſſitate ait ſcribendum eſſe: obiecerunt: id ego pernego: amplius contra metri rationem fore aſſero ſi ita legatur: Superflueret enim unica ſyllaba. Quæ quidẽ teſte nõ egent; adeo nãq; friuola ſunt: ut ſeſe nullo repugnante conuincant.

Pimple⁹ mõs. Furcillæ. Cimeria mens. Lapidi ſubeſſe ſcorpionem.

Adoris ſecundam producere
contra Buccardū.
Cap .XLI.

Archigallus.

Inglori⁹ fucus.

ADDE Quod paulopoſt de Adorea ſubdit Archigallus iſte grammatiſtarum et fucus inglorius: qui nec conſecratis quidem auctoribus parcit: errare Priſcianum exiſtimans: et cum Priſciano Pium: ꝙ præpoſterum Gānii uerſum legerit. Quod quanto riſu excipiēdum ſit: literati omnes facile animaduertent: qui ſi uere ſapiunt/ſapiētes amant et extollunt: contra uero audaculos ſciolosq; triuiales: ut ſpurciſſima monſtra ex ſua academia proflant. O inſulſum homuncionis belluti cōmentum: qui Adoris ſecundā producta dici negat: quum ab eo Adorea et Adoro deflectantur: quæ ſecūda tantum producta pronunciantur: et Adoris ſecūda longa: et breui indifferenter proferatur: ſicut et decor decoris. O foliaceum et corticoſum enucleatorem: qui euidentiſſimo Ganniani uerſus teſtimonio/quod Priſcianus affert/cōuincitur.

Bellutus homūcio.

Euolat in nubes nidoribus ardor adoris.

Saxa attica.

Qua auctoritate quum ſe confoſſum: proſtratūq; uideret: ad duo illa ſaxa Attica: im/

pudentiam uidelicet/et contumeliam defugit: ſacris iſtis/et deteſtabilibus uerbis uſus:de Barathro pectoris ſui cœnoſam ſpurcitiem euomens ſpumantibus labris effrenatisq; conuitiis audet dicere. In quo cēſemus haud dubie Priſcianum deceptum fuiſſe:dum præpoſterum Gannii illius uerſum legit: quippe qui ſic legendus erat.

E uolat in nubes adoris nidoribus ardor.

Hæc ſtercoreus ille Fidentinus/caprimulgus: et foſſor Pilatus euomuit: auſus/nedū Plautinos ſales nouis inſertis uerbis cōſpurcare:ſed et priſcorum auctorum uerſus/quos nū̄q̄ uidit auſu temerario emendare. Quis adeo impudēs eſſet:ut Priſcianum/uirum de utraq; lingua optime meritum cū Lucilianos/tum Ennianos/ſiue cuiuſpiam ex antiquis / quos nū̄q̄ nec uidimus/nec legimus / uerſus afferentem: mendacii/aut falſitatis argueret ?et cuius auctoritati utraq; lingua ſtare non erubuit/ Erubeſcet hoc literarum cænū ? qui nū̄q̄ erubuit: duræ frontis homo:et qui ſine fronte ſit prorſus ? Stomachari iam deſino:et enteſcēte bile admodum tepere: huiusq; cimicis ineptiolas ſuſq; deq; facere: ut qui ſub Priſciani clypeo

Caprimulgus. Foſſor. Priſciā̄i laus. Duræ frō̄tis pilatus.

Theoni- no dente correptus Priſciāus

dente Theonino correpti/Piū tutiſſime quie-ſcere poſſe uideam:nihil penitus maledicentia Blateronis huius afflatum : quandoquidem auctore Lucano/pacem ſumma tenent.

Aſportare quid:et exportare.

Cap. XLII.

PILATVS. Si quæ aſportaſſent redderēt. cur corrigat hic Pi⁹: exportaſsēt:cur ue dānet: aſportaſſent:diſcere operæpretium eſſet.

ACHILLES.

Rabula.

VAe nam te mala mens miſelle ra-bula agit præcipitē in meos laqueos? Quis Deus tibi non bene aduocatus uecordē parat excitare rixā? Anne ut ꝑuenias in ora uulgi?quiduis?qualubet eſſe notus op/tás/eris/quandoquidem prima etiā grāmaticæ elementa ignoras/qui tamen ſenex ſis acherō-ticus. Diſcas igit̃ etſi grāmaticæ minutiſſima uenditarie grammatiſta diſcrimen eſſe hoc.ꝙ aſportare uerbum eſt catholicum/et prope ge-nerale:ſignificans alicunde quidpiam portare in quēcūqꝫ indifferenter locū.Exportare uero enotat qd huic rei congruētius/id ē extra ter/ritoriū portare/limitesqꝫ ditiōis. Quibus rebus laceſſiti ꝓculdubio Thæbani / bellū Telebois

Senex a/ cherōtic⁹

indicebânt. In hoc autẽ priſcorũ exẽplariũ fidẽ ſequutus eſt Pius. Authores icaſsũ ridiculus hic ſimius affert: q de uerbo aſportare meminerũt: tãq̃ teſte res ꝓpemodũ puerilis egeat. Res puerilis teſte nõ idiget

Maximum Buccardæ inſcitiæ argumentum.

Cap. XLII.

PILATVS. Pugnata pugna. Archaiſmos eſt: ut uiuo uitam: ſeruio ſeruitutem. Non autem Paranomaſia: ut Pius inquit.

ACHILLES.

PROH Dii boni grãmatiſtam confidentiſſimum, arrogantiſſimum: impudentiſſimum, ſagis a puerulis ſuis excutiendum: qui nec quidem ſchemata figurasq́ grãmaticæ calleat, audetq́ utriusq́ liguæ ſidera uellicare Aeſopi rana, ne dicam bufo. Audet ignariſſimus Curculio negare in hoc Plautino uerſu Paronomaſiam eſſe. Qđ ut manifeſto faucibus teneatur, nullũq́ temeritatis ſuæ reperiat aſyllum: Diomedem grãmaticorũ eminetiſſimũ audiamus: libro ſecũdo i hæc ferme uerba ꝓdentẽ. Paronomaſia (inqt) eſt ueluti quædã denominatio: quũ præcedẽti nomini, aut nomen, aut uerbũ ãnectit ex eo, Sagis excutiẽdus.

dem figuratum:ut/fugam fugit:factum facit: gratas gratias:creta decreta eſt:pugna pugna/ta eſt. Hinc igitur ſtudioſi/candidiq; lectores colligant: q̄ impuriſſimus/ſimul ac illiteratiſſi/mus ſit hic nebulo. Qui et quod impreſſorum eſt uitium Pio auſus eſt adſcribere:quem/tra/dit/Paranomaſiam ſcripſiſſe pro paronoma/ſiam:quum etiam dormiētem Pium hæc mi/nime fallant minuta ſcholica.

Pugna pugna/ta.

Minuta ſcholica.

De Pterna/Carcheſio: et cæteris uelis nauticis Aurelijq; codex a calū/nia defenſus.

Cap.XLIIII.

VBit in mentem mihi merum hunc Momū/et argillaceum homullū ex riſu natum eſſe: ut obiter Plautino ſcomate utar:adeo quiſquis/qui improculcatā aurem habuerit/et ſtoico lotā aceto/cachina/bili riſu/nec citra deriſū/Trichonis huius ſub/ſannabit affannias:qui triū literarum homūcio ſublimia quidē appetens/ſed inuolucribus alis: experitur quidē/ut Struthiocamellus/ad uo/latum:ſed inſcitiæ grauedine preſſus/repit hu/mi: et per imperitiæ ſuæ uolutabrum demer/gitur:iuoluolū/nequiſſimā beſtiolā/imitatus:

Momus.

Natus ex riſu pila/tus.

Aures ſtoico a/ceto lotæ

Impitiæ uoluta/brū.

dum Plautum / dum Macrobiũ explicare ni-
titur:ſeipſum implicat/et inodat/ſolitoq; ſibi:
et prope familiari temeritatis / et impudentiæ
auſu Macrobiano codici iniuriam facit:quem
pro libidine ſua / nullo codicis antiqui fultus
adminiculo/interpollat/inuertit. Et quum ad
hanc uſq; diem in reuerendæ uetuſtatis exẽ/
plaribus ita lectum ſit. Summam uero partem
Carcheſiũ nominari/et inde diffundi i utrũq;
ueli latus eaq; cornua uocantur. Corrũpit ta-
men ipſe / corrigere profeſſus. In utrũq; mali
latus ea quæ cornua uocantur. Nulla ductus
neceſſitate. quũ Aureli codex defendi poſſit:
ut paſſim/et in antiquis/et recentioribus exẽ-
plaribus legitur. Seruari autem poteſt hæc lec-
tio. Naualis ueli partẽ inferiorem. quippe quũ
de uelo/non de malo intelligi debeat:quãdo /
quidẽ authore Iulio polluce libro primo pars
inferior mali nõ Pterna/ſed linas appellatur.
Quo teſtimonio ſatis ſuperq; cõfunditur hic
bubo. Præterea legendum eſt paulo infra / ut
paſſim legitur. In utrũq; ueli latus. Nõ:mali.
et:eaq;.non:ea quæ:relatiue. ut ſit ſenſus : q
naualis pars in latera uelorũ difunditur : et ea
uelorũ latera cornua uocantur:nã cornua nõ

Corrigere profeſſus.p.corrũpit.

Cornua

in malo/ſed i uelo ſunt ꝓpterea cecinit Maro.
Cornua uelatarū obuertimus antennarum.
Antēnæ. Adde ꝙ græci rei iſtius gnariſſimi antennas appellant κεραῖα: nāqꝫ corniculata ſunt. Nō autem Malū cornutum dicunt: nouerunt.n. illum teretem/atqꝫ oblongum eſſe: et cornua quid malo acceſſoriū exiſtere: non autem partem mali: ꝙ Philoſophis omnibus atteſtantibus: Pars de toto minime ꝑdicatur. Nec Crumenam ſiue calceos partem hominis eſſe dicere poſſumus: quoniā de hominis eſſentia nō ſūt. Taceat igitur Ithiphallus iſte merobibus: et ut captus Atagen obmuteſeat/ ſutorē imitatus: qui ſupra crepidam iudicare non debet.
Ithiphallus merobibus. Atagen.
Quod uero Piū aſſeruiſſe refert/Pateram/in Macrobio legendū eſſe: ex profeſſo mentitur. Sume Pii cōmentarios in manū/ac eos plege: nuſq̄ Macrobianum codicem emendaſſe cōperies. Cæterum dictionē Carcheſii explicāti Pio: ſat fuit: pro tempore uerba: qualiacūqꝫ in codice promiſcuo legebantur: adducere: quādoquidē feſtināntis iterpretis: et mole Plautina obruti nō erat intētio: ſingula auctorū allegatorū uerba interꝑtari: et excutere: ne auditorē frequēti mora laſſaret: ſibiqꝫ honeroſā impo-

neret ſarcinâm:harum difficultatum enuclea-
tiones in ſupinius ocium reicienti. At quoniã
Aureli codicem euẽtlandi oblata fuit in præ-
ſentiarum facultas:ſcito Pilatum literarũ græ-
catum egentiſſimum:ut pote triuiale mendi- Triuiale mendici-moniũ.
cimonium(cuius generis hominibus talia do-
mi non naſcuntur) interpretationis huius re-
pertorem minime fuiſſe: uerum ſacerdotem
quendam non indoctum:qui Lexicon concẽ- Cõcẽtu-riate.
turiauit:recte admonentem:Pternam nauticã
partem eſſe:ſupreſſis attamen huius rei auc-
toribus: quos infantiſſimus Pilatus et ipſe
quoq; ſubticuit:nam furari non potuit quod
nõ inuenit. Accipe igitur iſtius rei authorem:
ĩter claſſicos apud græcos numeratum: Iuliũ Iulius pollux.
uidelicet Pollucem: libro primo περὶ μερῶν
νεὼσ ita ſcribentem. καὶ τὸ μὲν ὑποδεχόμενον
τὸν ἱςὸν, ληνάσ. τὸ δ' ἐναρμοζόμενον αὐτῷ,
πτέρνα. τὸ δὲ τελευταῖον τὸ πρὸς τῇ κεραίᾳ, Lenas.
ἠλακάτη, καὶ θωράκιον, καὶ καρχήσιον. τὸ δὲ Pterna.
ὑπὲρ τὴν κεραίαν, ἄτρακτοσ. Latine ſic. Id Elacate.
quod malum ſuſcipit: Lenas: uocatur. Ad- Thoraciũ
glutinatum uero ipſi:Pterna. Extremum au- Carche-ſiũ.
tẽ ad antẽnas:elacate: et thoraciũ: et carche-
ſium. Quod uero eſt ſupra antẽnas:Attractos. Attractos.

Quibus Iulii uerbis/Pilati/tũ ſubreptitiis/tũ cõmẽtitiis nugis/fabulam nullam fabuloſiorẽ eſſe noſcimus:qui reperto ſuo fraudare Pĩũ cõtendit:a quo priore indicatum eſt Macrobii caluitium eſſe ſupplendum:inſerendãq; uocẽ Trachelos:quam ĩ uetuſtiſſimis quidem exẽplaribus ipſe compererat.

Trachelos.

Erraſſe Pilatum quoniam aſpirationẽ uice cõſonãtis fungi nõ aduertit.

Cap.XLV.

ON minus in uerbo illo : potare : q̃ n ĩ cæteris φρενόμωρος Pilatus inſanit: quod inſulſiſſime quidem/et (ut cõcinius eloquar) ἀχρεῖον, καὶ ἀωρὶ, hoc eſt inutiliter/ac intẽpeſtiue inuertit:aſſerens/potitare: non/potare/legendum eſſe/metri ratione urgente. Quum et metrũ hoc ſuis conſtet pedibus/ſi potare ſcribatur. Nam ĩ poſtrema uerſus dictione: H:coſonantis uice fungitur. Cui et Beroaldus ac Merula aſtipulantur.

φρενόμωρος.

H.cõſonãtis uice fũgit.

Erraſſe Pilatum fœdiſſime in ſyllabico menſu.

Cap.XLVI.

PILATVS. Neq; ego.Siquis nugis:ambagibusq; Pii mentẽ adhibeat hoc loco tã multa

coaceruantis de duabus abrogatiuis : hoc eſt abnegatiuis: quæ quandoq; ſententiam roborent: ut nunc apud Plautum: facile deprehēdat: illum omnino inſcium. etc.

ACHILLES.

ST Mehercule plectendus grauiter Pilatus : nec Leuius, ac rhadiurgos et (ut uulgo dicitur) falſarius : qui Plautinum codicem pro nutu ſuo corrupiſſe atq; eraſiſſe deprehenſus eſt. In hoc enim carmine Pium uelut tetrametri brachicatalectici uerſus inſcium et rudem taxat, proſcinditq; : quum taxandus ipſe, et proſcindēdus non ſolum: ſed a pueris etiam lapidibus inceſſendus: ut pote qui non modo carminum: uerum etiam rudium elementorum ignariſſimus exiſtat. Nam dum Pium reprehēdere nititur: ſeipſum tenebrionem tenebricoſiſſimum fatetur: Sed ut Pilati huius Melampode furioſioris, quem nec Proetides ipſæ ſanare poſſent: ineptiæ, tenebræ, et ſicophantiæ liquidius dignoſcantur : uerſum Plautinum deducamus: qui talis eſt.

Rhadiurgos. Falſarius. Melāpode furioſior. Prœtides

Neq; ego hunc hominem hodie ad ædis has ſinam nūq̄ accedere.

Neq; ergo hunc. hominho. diadæ. dis has.ſi-nam.nũqac.cedere.Pio Merula Beroaldusq; congruunt.

Cap.XLVII.

PILATVS. Statq; uti exorta eſt ſemel. ſtat legendum cenſemus ſenſus concinnitate/et maiori contextus ſimilitudine:quippe omnes codices habent:Atq; uti:Et non:Eſtq;:ut corrigit Pius audax.etc.

ACHILLES.

IL mirum ſi aliena minime probat: n inſectaturq; Pilatus: ut pote qui niſi ſua admiratur: cætera uero/tãq̃ frigida ianiaq; excludit.Sed quid legere mauult: ſtat:q̃:Eſtq;?Ignorat miſer:qui nihil/niſi maledicere/nouit: et dummodo temeritate ipſe ſua utatur: reliqua non ſecus ac momentaria ommittit. Cæterum ne Pilati/Bobus eruo ſaginatis longe cerebroſioris/affannias/et ſtultiloquia hæc reſpondẽdo magnifacere uideamur:ad alia orationẽ noſtrã diuertamus.

Pilati boues eruo ſaginati. Stultiloquia.

Carmẽ Plautinũ cõſtare ſuis pedibus Pilatũq; temerarie illũ cõuellere:aliterq; ſcribi carmina: aliter deduci.

Cap. XLVIII.

PILATVS. Concedit. Die ſcribendum eſt: et non: diei: ut communiter habent codices: et legũt Pius et Saracenus interpretes. nam uerſus non conſiſteret. etc.

ACHILLES.

PROfecto nihil eſt Pilati παραφρονοῦντος, et Morycho ſtultioris: iſania inſanius: nihil ue iſcitia ſua inſcitius: et illepidius. quis eius ergo ſuſtinebit ineptias? qui in hoc uerſu unicam ſyllabam abundare autumat: quum illud manifeſtario iudicio falſum ſit: quandoquidem auctore Priſciano uerſus plerũq; aliter ſcribũtur, aliter uero ſcãduntur: ut.

παραφρονοῦντος. Morycho ſultior.

Dii quibus imperium
Pariter et apud Lucretium libro ſexto.
Nam quod aliis dederat uitales aeris auras.
Et ibidem.
Nec ratio remedii cõmunis certa dabatur.
Idem libro primo.
Quãdo aliud ex alio reficit natura nec ullam
Rem gigni patitur.
Similiter in quarto.
Proinde foraminibus debẽt differre figuræ.

Et Virgilius i ſexto. ferreiq; eumẽidũ thalami.
Et. Sic deinde locutus.
Catullus ad lesbiam.
Da mi baſia mille: deinde centum:
Dein mille altera/dein ſecunda centum:
Dein uſq; altera mille/deinde centum:
Deĩn quum millia multa fecerimus. etc.

Cuius rei ſexcenta quidem ſuppetunt exem/pla: nec opus eſt plura eorũ in mediũ afferre. Conſimiliter igitur carmen illud Plautinum deducemus: et recte: ſubtrahentes ſcilicet uo/calem unam: Hæc pueri etiã elementarii no/uere. Sed demus ſuperfluere quoq; ſyllabam: nonne Hypermeter hic uerſus eſſe poterit: cu/ius generis multa apud Plautum reperiũtur? Verũ iam hæc mittamus/ gannitusq; ſenis tã/cidioris omneis unius extimemus aſſis. Non enim grãde eſt/ auctore Hieronymo / ineptiſ/ſimis næniis reſpondere.

Verſus hypme/ter.

Carmen Plautinum propugnatum oppugnatusq; Pilatus.
Cap. XLVIIII.

n ON erit inferiũ ſubiũgere quæ nu/gatur blatitq; Pilatus/in expoſitione illius carminis. Vbi ſũt iſti ſcortato/

res/qui ſoliti inniti cubant? In quo Piū taxat: et(ut ſolet)inſectatur: q ſolis in nitellis: legat: aſſerens nullo pacto ſic ſcribi poſſe: metri ratione non tolerante/ſenſuſq concinnitate reprobante. Verum in hoc (ut in cæteris etiam) maxime decipitur: Nam ſi ſolis in nitellis: ut Pius tradit/ſcribatur: ſenſus is lepidior erit/et Plautinis deliciis propinquior. Cæterum decentior/mea quidē ſententia/ et defecatior erit lectio: ſi: ſoli inuiti: legatur. Quemadmodum in annotatiunculis poſt Plautum a Pio repetitum eſt: his ferme uerbis. Marius Romanus uir literarum literatarum nos admonuit ſeſe legiſſe in codice uetuſtiſſimo/qui ī bibliotheca Neapolitana uiſebatur. Marius romāus.

Vbi ſunt iſti ſcortatores qui ſoli inuiti cubāt.

Vt illi dicantur non libenter ſoli cubare: qui fere ſemper noctes ī amatoria paleſtra exigūt: et exercent. Quamobrem futiles Pilati commentationes excludendæ erunt: qui nihil ſcitu dignum in medium attulit: ſed mera potius monſtra/commentitiaſq nugas/latinitati et eruditorum conſenſui refragantes. Adde q ſi: ſolis in nitellis: etiam legas: non erit metri rationi contrarium: ut Pilato uiſum eſt: id quod Nugæ cōmētitiæ.

ſtudioſorum iudicio relinquimus. Ne autem longum nimis loquar:in momentariis huiuſmodi diutius haud inſiſtam. Libuit enim friuola quædam omittere:in quibus garrulitatē: ſimul et imperitiam propemodum puerilem præſefert Aretalogus Pilatus:adeoq; ab omni eruditione diſſentit:ut non ab homine literis mediocriter imbuto:ſed a balitāti pecude emanare/etiam ſemidocti literatores contenderint. Nam ſi uellem cūcta ſectari/et(ut prouerbialiter dicitur) omnem lapidem mouere: dum Pilatum riderem/Pilatus fierem.

Aretalogus.

Omnem lapidem mouere.

Cap.L.

n EC paulopoſt in expoſitione illius carminis. Hem nunc iam ſic colo. Reſpondendum duco. Facilis eſt.n. de Salmacida uictoria. garrit nāq; ea:ī quibus neq; pes neq; caput comparet.

Facilis & ſalmacida uictoria.

Plautū uario metri genere uſum.

Cap.LI.

n ON omittam quod effutit ſuper id carmen/loquente Soſia.

Quis homo? Mer. quiſquis homo huc uenerit pugnos edat.

Ait enim addendum eſſe:profecto: metri ne-

ceſſitate. Id quod minime ꝓbamus: repugnā-tibus maxime priſcis exemplaribus: preſertim quum uerſus hic trimeter eſſe poſſit: nam in eodem drammate / auctore Priſciano / uario metri genere uti ſolet Plautus. Drāma.

A memoria laudatur Pius.

Cap. LII.

MIſi nonnullas delirantis Pilati ar/gutiolas: quibus criſtam erigit / uana pueriles animos oſtentatione captās: in quibus etiam non tam a Pii ſentētia deſilit hic bambalio: q̃ a ueritate aberrat. Inter quæ hoc potiſſimum cenſet: ꝙ Pius Plautum in perſa citauit: quum in Moſtellaria deberet. Qua fabula quid fabuloſius afferri poteſt? Nec enim induci poſſum Pium excidiſſe me/moria. Quod geronticon / non iuuenile eſſe ſolet. Addemus et illud / neminem uidelicet (pace tamen aliorū dixerim) fideliori memoria præditū eſſe / quā Pius. Quare bibliopolis ſiue amanuenſibus adſcribendum potius erratum id / ſi modo erratū eſt / ducimus: quū ĩ Moſtel-laria Pius ſuper his dictionibus: oboluiſti alliū multa perſcribat. Vnde facile coniici poteſt: Pilatum illaudatū monſtrū priuata ſimultate

Bābalio.

Gerōticō nō iuue/nile.

Amanu-enſes.

Mauult famoſus mori q̃ ignotus.

Pio bellum indixiſſe:ſeu:quod potius reor:ut Pii fama gloriolam aliquã aucuparetur:mal/lens famoſus mori:q̃ ignotus. O miſera et mi/ſeranda conditio.

Integer Plauti uerſus
oſtenditur.
Cap.LIII.

Ligua loliginoſa Echiata pellis.

h ALlucinatur idem Vanus repuera-ſcẽſq; ſeniculus Pium loliginoſa lin-gua uellicans: ſed canum more Eri-naceum mordicus appetentium:qui echinata pelle perfoſſi nedum ſauciant/ſed ſauciantur. Ineptit.n.in explicatione huius Hemiſtichii. Verum ut longe hic abſuat.

Pedem unum carmini deficere commentus: in quo ad eruditos prouoco.

Cur adeo de pedibus ſollici-
tus ſit Buccardus.
Cap.LIIII.

Ergaſtu/larius li/terator.

q VEritur ſubinde de pedibus ergaſtu-larius hic literator. Qď uxoris ſuæ cõ/uitium eſſe debuit: cui Pilati tertius pes/ut pote pãnuceus/et ſenilibus rugis attrac/tus/ad aphrodiſiorum ſolemnia non ſatis fir/mus/et erectus ĩcedebat. Vnde uulgo inoleuit

non illepida fabella:Pilatum Plautinorũ pe-
dũ trutinatorẽ ſcrupuloſiſſimũ haberi : Hele-
nam uero ſuã de Paridis pede eſſe ſollicitã.

Helẽa de pidis pe/de ſolli-cita.

Creo et creon dici indifferenter.

Cap. LV.

IDeamus et hoc:quod idẽ excolea/
tus aries in Piũ uertere cornua tẽtat:
admonẽtem/Creo/a Plauto dictum
eſſe latine:non:Creon:quãdoquidem Creon/
tis/in genitiuo/ſi Creon diceretur faceret.De/
ſipientis ineptiolæ ſenis/oris profanati / et ſola
contumelia cenſeri cupientis. Nam quum in
omnibus codicibus ante Piũ Merula in utraq;
lingua primarius:Rex Creo:legerit:quum idẽ
animaduertiſſet et Beroaldus multiiugæ uir
eruditionis : quũq; innumeri codices uenera/
bili antiquitate ſuſpiciẽdi omnium curioſiſſi/
mo et ſcrutariam ſemper librorum faciẽti Pio
oblati ſint : in quibus omnibus : Creo : non:
Creon :legebatur:tantorum teſtimonia uiro/
rum Pius ipſe ſequutus eſt : admonuitq; lati/
num eſſe:ſi Creo legatur:quum Creon a græ/
cis dicatur . ineptiſſimo tamen Pilato/Creo:
dici poſſe ipoſſibile uidetur:hac una ratione:
ꝙ Creõtis in genitiuo facit : Non.n.animad/

Excoleatus aries.

Creõ cre/ontis.
Creo cre/onis.

uertit nullã a Pio de genitiuo mentionẽ fieri. Quin creontis a recto creon in genitiuo proferri exploratiſſimum eſt. Sed creonis a recto creo dici apud priſcos potuit: qui uero creõtis dixerunt (ut ferme omnes) græcanicam formam ſecuti ſunt. Nam quemadmodum latini draco draconis dicunt: græci δράκων, δράκοντος. λέων, λέοντος. Conſimiliter quis prohibet/ quemadmodum dicitur draco draconis: leo leonis: a latinis et creo creonis/ dici poſſe? Nam qui creontis ſcribunt/ a recto/ creon/ deflectunt. qui uero/ creo/ creonis. hi latialiter ſane proferunt. Quod ſi auſculare Pilato uelimus: dracontis diceretur/ non draconis: tantumq; dracon non draco: leon/ non leo diceretur. Quibus proiectitiis putaminũ grãmaticorum ramentis/ ualere dicto/ ſinamus inſauſtiſſimum Timonem inter prærancidæ literaturæ quisquilias tabeſcere ſepultum: uerſariq; in hiis fœtoribus: uocabularii ſui fecibus: et in Alexandrum de uilla Dei ãnotamentis: Vlpico allio fetidioribus: quibus ſeſe primum/ mox aſſeclas ſuos miſellus implicauit.

Quiſq/lix.
Aſſeclæ.

Superbum pro mortuo uſurpari contra Pilatum.

Cap.LVI.

VNdem laxiſſime propemodum / et ſardonice riſimus : qui una cum Pio Marcellum carpit in expoſitiõe huius carminis. Riſus ſardonicus.

Faciam hodie te ſuperbum niſi hinc abis.etc.

Sed quid mirum ? qui Priſciano iampridem non pepercit / Marcello Pioq; parceret ? pro/pudioſiſſimus pediculus:quem ſola tantorum uirorum auctoritas proterit atq; proculcat.

Cap. LVIII.

DDit popinarius hic lurco non/herus eſt/ſed/heruſt / ſcribendum eſſe. Tãq̃ neſciat multa aliter ſcribi: quæ in ſcanſione demum collidũtur.ut/homo eſt: in litera dicitur : et/homeſt / in carmine. Triuialia prorſus / et Pilato ipſo condigna : quæ conniuens præteriiſſem : ni pueros quoq; ad/monendos expediens duxiſſem/fetidum hunc ueruecem prima etiam rudimenta ignoraſſe. ut non aduertit recte grammaticæq; dici : ad/uenio iſthuc : quum localem motum ſignificat. Quod etiam cubitanus meus Therſites nouit / et Ancilla Pardaliſca quæ latrinam lauat. Popinari⁹ lurco. Cubitanus therſites. Ancilla pardaliſca.

Cap.LVIII.

Botellarius.

e XCors/animo ſimul ac oculis cæcutiens hic Botellarius/ex Pii annotamentis farcimina conficiens/perſpicaciſſimum interpretem cæcũ appellare audet: qui in expoſitione huius carminis.

Versus pedicula

Nõ æ depol uolo ꝓfecto.at pol ꝓfecto ĩgratis. A uerſus ꝑpẽdiculo decidit: legẽdũ ipſe ducẽs: Ingratiis: et alibi ſubrepta ex Pio interpretatione impudẽtiſſime enodans: ubi ut ſuomet telo cõfodiatur: ac ꝓpriũ hoc ſibi nomen hærere nõ Pio cognoſcat: q̃taqꝫ cæcitate ĩ eo carmie deducẽdo ꝓlapſus ſit euidẽtiſſime demõſtremus. Sic.n.mẽſuratur. Non æ.depol.uolo pro.fectat.polpro.fectin.gratis. nec tãtum in hoc cæcitatis uitio Pium merus iſte Momus inſimulat: quantum Merulæ Beroaldoqꝫ Pio congruentibus conflat iniuriam.

Merus momus

Cap.LVIIII.

PILATVS. Tuam fidẽ obſecro. Exclamatio hæc Soſiæ non ad Thebanum populũ eſt: ſed ad Mercurium: nusq̃.n. Thebanum populum adhuc alloquutus eſt Soſia. itaqꝫ Pius interpres deſipit exponens: tuam fidem: tuum auxilium o Thebane populus.

ACHILLES.

p VTaueram hucuſq; Pilatũ literatorem eſſe potiusq̃ literatum / ſciolum quempiam/liuidulum/ arrogantem: procaciſſimum/petulãtiſſimũq;/ in literis etiã delirantem ſeniculum ⁊ et Martialis Otacilio perſimilem:qui Torquato inuidens ꝙ prætoria inſanasq; ſubſtructiones ædificaret/Cucumas ipſe faciebat. Nunc uero tandem reſipiſcens/ſenſu cõmuni edentulũ hunc Muſimonem carere diſpicio : qui Soſiam cordatum et alioqui doloſum ſeruum / a quo frequẽtibus pugnorum ictibus inceſſitur/auxilia petere facit. Qd ſi Mercurium Soſia rogaſſet/parcius ab eo plecteretur / et a pugnis ceſſaret/eſſetq; in eum clementior. Subdit exoculatus iſte interpres. Nusq̃ enim Thebanũ populũ adhuc alloquutus eſt Soſia. O Belluã icaſſum hyantem. O Morycho moriõeq; omni morioniorem (ut ita loquar) interpretem/ne dicam interpedem hoc eſt ſtudioſorum offendiculum. Soſia nondum Thæbanũ populũ nominauit ſiue alloquutus eſt:quum ergo nominat piaculum erit/et ſcelus impatibile ? An ignorauit Plutonius hic Aſcalaphus(quod uulgo dicit)

Otacili⁹ martialis

Cucũmæ

Muſimo.

Moriõe morionior.

Aſcalaph⁹ plutonius.

cuncta habere principium? tā q̄ ego non poſſim currere/pedere/meiere/etiam ad Pilati commentarios: ꝙ non adhuc tale feci? et tā q̄ nullum bubonem Salonæus populus cognouerit anteq̄ Pilatum nouiſſet? Adde ꝙ priusq̄ uapularet Soſia Thæbani populi fide nō egebat: quemadmodum et tu nugiuende anteaq̄ pædore carceris/et illuuie cōficereris: in quem perniciosæ linguæ tuæ uirulentia a florentiſſimo ſenatu ueneto coniectus es: ubi prætoriam geſſiſti/pediculariūq; tribunatum adminiſtraſti: nonne Britanicū ſenem miſericordem ſuppliciter rogitabas/te ut ab ea infortunatorum inſula retraheret? Cæterum ſcioli huius iugulum petamus: et ne tantillum uerbum mutire amplius audeat premamus fauces. Legite ſtudioſi iuuenes quæ in ſequētibus Plauti carminibus ſcripta ſunt. Nā quū iterū a Mercurio Soſia uapularet exclamat/Proh fidi Thæbāi ciues. Qua auctoritate omnes Pilati nugæ auctorem ſuum nugaciſſimū eſſe teſtantur.

Liguæ uirulentia.

Infortunatorū iſula carcer.

Cap. LX.

ARmen eſt Plautinum.

c Eam ego ut matre fuerat natum uini eduxi meri.

Pius in cõmentariis ſuis admonuit/ea legendũ eſſe/hoc ordine. Ea Cirnea duxi tantum meri quantũ ſiti tollendæ ſat fuerit. Vbi perdelirus hic edentulus/et capulare cadauer Pium deli/raſſe/literãq; ſic ordinandam eſſe cornicatur. Eduxi eam.i.impleui eam uini meri. Nõ po/tui fere me a riſu compeſcere/quum ineptioli huius nugonis deliramenta iſtiuſmodi legerẽ. Vbi nã reperitur homo picte / immo ſemiho/mo/quinimmo nec boni quidem hominis pi/lum habẽs: Educere idem eſſe quod implere? Iam me laboris piget incæpti: iam pudet cum hoc nebulone eſſe congreſſum. Sed iacta alea: eundum eſt: et Augei ſtabula perpurgan/da. Quis enim fando audiuit/aut legen/do percepit/educere/idem eſſe quod implere? Quum euidentiſſime contrarium ſignificet. Quod nec pueros quidem/quos elementarios dicũt/latet. Adde q bis idem fruſtra repeteret Plautus: qui in ſuperiori carmine inquit.

Capula/re cada/uer.

Augei ſta bula.

Cadus erat uini inde impleui cirneam.

Præterea Mercurius Soſiæ per eadẽ uerba re/ſpondens: et idem feciſſe demonſtrans ait.

Factũ illud ut ego illic uini cirneã ebiberi me/ri. Sed iã malũ ualeat fetidiſſimus muſcerda:

Muſcer/da.

Volſellis utiẗ non gladio.

cuius argutiolis paulo ſupius reſpōdere haud uiſum eſt: ſiquidem pugione plumbeo ferit: immo uolſellis utitur non gladio.

Cap. LXI.

AVlo inferius in eo carmine.

p Certe ædepol quum illum contēplo: et formā cognoſco meā. Aut ſcribendū eſt/Aedepol/ut ſit uerſus Hypermeter: quā lectionem ſequuti ſunt Merula et Beroaldus. Aut ſcribēdū/Pol/ꝑ ædepol/uoce Plautiniſſima. Quod Pilatū nuſciciosū latuit: Agnoſco/ſcribens/nō cognoſco. Nec mirū/ ἐςὶ γὰρ ὄνος πρὸς λυρὰς. hoc eſt/aſinus ad lyram.

Aſinus ad lyrā.

Irritaxo et irritaſſo indifferenter dici.

Cap. LXII.

EPrehendimus et in eo infantilem

d errorem/in cādidatis gtāmaticæ uix ferendum: qui iritaxo ſcribi non poſſe autumat/ſed iritaſſo: tāq̃ neſciat: quod bimuli quoq; pueri ſciunt: x: per duplex: ſſ: uerti. Quemadmodum/Vlyxes/ dicitur et/Vlyſſes/ita iritaxo et iritaſſo. Dicimusq; iritaxo: ueluti: faxo. Sed hæc a ueſtibulo ſalutanda tamq̃ grammaticæ protrimenta. Nec enim

Iritaxo. Pueri bimuli.

Protrimēta.

monſtri huius errores proſequi eſt in animo: qui tot ſunt/quot cōmerarioli ſui literæ:iſthæc nāq; aliis poſt me memoranda relinquo:uerū hiis qui ocio ſuo inuidebunt / bonasq; horas male collocare ſtudebunt.

Cap.LXIII.

u IDe cerebroſi nebulōis ineptias/linguam prodigam et effrenem / adeo delirātis ut animum ego prorſus inducam illum re / et nomine fuiſſe grāmaticū: puerilem uidelicet ex puerorum congreſſu/et ab ætate deſipientem:qui in eo carmine. Lingua effrenis.

Viuo fit quod nūq̄ qsq̄ mortuo faciet mihi.

Piū/nulla cur improbet adducta(ut aſſolet) ratione/inprobat:aitq; a Plauto de ludis funebribus mētionem fieri:quum nec uerbotenus quidem Plautus illorum meminerit. Verbo tenus.

Dualia ſi neutralia uoces non eſſe piaculum.

Cap.LXIIII.

i NTerpretatus hunc uerſum Pius.

Erroris ego ābo illos et demētiæ cōplebo.

In eius cōmētariis/neutralia/barbari et impiti librorum excuſſores pro dualia impreſſerunt:

Id quod Pilatus crimini dat Pio: quod nec in-
ſecundæ claſſis pueros erratum cadit. Niſi for-
te tritis et popularibus uerbis Pius abſtinens
Petroni⁹ arbiter. (quod faciēdū monet arbiter Petronius) neu-
tralia appellarit: q̃ de ſingulatiuo plūratiuoq̃
participant: et quodammodo inter duorum
naturam uerſantur: id quod neutrū dici po-
teſt. Quale etiam uulgo uſurpant quum ho-
minem neutralem dictitant.

Cap. LXV.

Hernios⁹ Hetero- cælicus. Caſabū- dus.

ELirat idem paulopoſt: qui Caco-
d metron eſſe carmen id putat.
Rediget antiquā i cōcordiā cōiugis.
Quum ſuis pedibus conſtet: et fidelioribus q̃
Pilatus: qui herniofus ſenex, et henterocæli-
cus caſabundus ut Silenus ebrius incedit.

Cap. LXVI.

PILATVS. Suſceptio non ſuſpitio ut le-
gunt cæci interpretes Pius et Saracenus con-
tra metri rationem.

ACHILLES.

Semibar- bari phi- loſopha- ſtri.

Vis unq̃ legit uerbū hoc, Suſceptio?
q quod nedū Plautinū eſt, ſed uix lo-
gicis ipſis ſemibarbariſq̃ Philoſopha-
ſtris conceſſum norunt omnes. Suſpitio legit

Georgius Merula/et Beroaldus / non cæci/ut Pilatus/uerum oculatiſſimi/luminūq; popu/loſitate(ut ait Fulgētius) munitiſſimi.ſequuti (ut reor) Epigrammaticum Poetam libro de/cimo ita ſcribentem.

Lūminū populo/ſitas.

Occulitur mediæ ſi qua eſt ſuſpitio rimæ.
Nec me præterit aliter legi: ſed non probo.
Clandeſtinam uero ſuſpitionem rumuſculos appellat/qui de ſtupro clā patrato emanarēt.

Cap.LXVII.

q VAntum triuialis/exoculatus / neq̄: nihiliq; doctor audeat/quantūq; in lepores deliciasq; Plautinas porcus hic liturarū ſibi licere putet: iudicent illi: qui nec barbarā / neq; proculcatā aurem habent: uiderintq; q̄ inſulſe / et illepide duobus hiis uerſiculis uerba appoſuerit addideritq;.

Amphitryo ſubditicius eccum exit foras
Cum Alcmena uxore uſuraria.

Quæ carmina Pilatus ſic legit.

Amphitryo ſubditicius eccum exit foras.
Ac loquitur cum Alcmena uxore uſuraria.

Quæ quidem dictiones ſitum pædagogicum redolētes a Plautinis nitoribus lōgiſſime pro/flandæ ſunt. Quū præſertim ſtructura pedum

minime nutet ſi priorem lectionem ſequimur. In ea.n.uoce:cũ:nihil abicitur:id quod apud priſcos uſitatiſſimum fuiſſe ſuperius adfatim perſcripſimus.

Commentarii Pii quantum rem latinã iuuerint.

Cap. LXVIII.

NTe commẽtarios Pii latinæ literæ a multis ſane aſſertoribus ex barbariæ pelago natare cœperant:ſed non enatauerãt. Huius autem copiis(ut ita dicam) auxiliaribus res Romana ſtetit: immo collatis ſignis cum barbarie ipſa conflixit / uictoriãq; non mediocrem reportauit. Nihil enim pene adeo abditum et abſtruſum/quod imiſſa luce apertum non ſit et obuium factum. Omitto quod ante Pii ĩ Plautum uigilias inſomneſq; noctes elucubratas uix unum alterum ue lepidiſſimi Poetæ dramma percipiebatur. Nunc autẽ Leonida expuncto / thermopylis apertis: anguſtiiſq; patefactis literati nedum / ſed literatores etiam illi ſceptigeri inter cynedos citrãtosq; uenerabiles/audent in Plautum Plautinũq; interpretem omnium doctiſſimum ferre ſententias/pro libidine mutare/addere/inuer-

Literatores ſceptigeri.

tere:eradere/adulterare:nec de ſententia tan/
tum : ſed quoniam fucos in præfatione Pius
inſtruxit:de pedibus etiam eſſe ſolliciti. Poda/
gricum genus hominum et rationis pedibus
carens : pedes quidem et παιδας in deliciis
habētes : a quo genere hominum ut impuro:
īprobo:et īpudico omnis faceſſat adoleſcētia:
quæ ingenuas literas:īgenuosq; mores ambit.
Sunt nāq; (de malis loquor) aut plagoſi : aut
puerorum ſtupratores : in quorum numero
protomyſtes et hierophanta cenſetur Pilatus: Protomyſtes.
in quo eruditio nulla:intermortua memoria:
eloquentia caſſa:loquentia multa:procax:te/ Hiero/phāta.
meraria : et effrenis audacia : contumelioſus
animus : lingua mercenaria inter maledicētiæ Pygo/ſtoli.
fœtores:aut uxorios pygoſtolos ſemꝑ uerſata:
male audire promptiſſimæ aures:et in bonorū
infamiam prurientes : cætera corporis : quæ
honeſte a pudico nominari uix poſſūt:impu/
diciſſima : cuius quidem rei manifeſtariū hoc
teſtimonium extat . Nam quum Plautinos
eos uerſus.

Aedepol ni illa furtiuis rebus te ſciat opā dare
Ego faxim amphitryonē te malis eſſe q̃ iouē.

Perdifficiles et ante ignoratos Pius ipſe inter/

Arrogantiuſculus pretetur: arrogãtiuſculus hic impudensq; grã- matiſta Pium carpit: nec ab eo tamen uel tantillum diſcedit: præſentem nedũ ex uerbis eius interpretationem: ſed totum cõmentariolum ſuum contexens. Adde nequiſſimam hanc

Blatta. blattam duas in Plautino Codice dictiones eradere: unãq; ex pædagogicis fecibus ſuis intrudere: quũ Plautinus uerſus ita legi et ſcribi debeat metri ſenſusq; concinnitate ſeruata.

Pol ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare.

Faceſſat igitur omnis inquietiſſimi literatoris garrulitas: illumq; inter πάιλαν, pedes: pediculoſq; ſuos miſerrime tabeſcere ſinamus.

Cap. LXVIIII.

N Eo carmine.

i Tamen eamus Amphitryo luceſcit hoc iam. Cuncta non minus q̃ in cæteris inuertit: Piũq; gnauiter erraſſe aſſerit: qui: hoc: legat: uel: eos: pro aurora: ipſe uero impudens minute nimis: ac prope etiam ſubfrigide et: hoc: et: eos: refutat ac diluit: quin uero: hoc: ſiue: eos: legatur: nulla mea quidem ſententia: et metri et ſenſus ratio obſtat. In quo ad eruditos prouoco. Viderint hii: quibus talia erit curæ conſectari. Nobis hæc quæ

nec probatione quidem egent ommittere certum eſt.

An ſero crepuſculum ſignificet.
Cap. LXX.

PLatus/ſero/noctis crepuſculum ſignificare negat. aliter uero Pius ſẽtit. Vtri eorum credendum ſit Cicero iudicat: necnon deflexa dictio ſerotinus: Nec minus ipſe/qui in Moſtellaria Plautinum illud exponens.

In uerſperum parare piſcatum mihi.

Sic ait. In ueſperum/in ſerum diei: utroq;.n. modo appellatur id tẽpus quod eſt nocti proximum. In quo delirantem prorſus hominem et mentis minime cõpotem eſſe quis nõ uidet? Hieronymus quoq; cenſoria eum uirgula cõficit ita ſcribens in epiſtolis. Matthæus.n.ſcribit ueſpere ſabbati.i.ſero non incipiente nocte. ſed iam profunda et magna ex parte tranſacta. Paulopoſt addit. mihiq; uidetur Euangeliſtam Matthæũ qui Euangelium hebraico ſermone conſcripſit: non tam ueſpere dixiſſe q̃ ſero: et eum qui interpretatus eſt uerbi ambiguitate deceptum/non ſero interpretatum eſſe ſed ueſpere. Hæc ille. Nõ poterat decipi Veſperũ

ambiguitate uerbi interpres:niſi ſero uerſperũ et tarde ſignificaret. Quod enim unius ſigni/ficatiõis eſt/ambiguitatem facere non poteſt: ſed e ueſtigio:quũ ſit unimodum:quod uenale habet oſtẽdit. Garrulus igitur triuialis muſſitare nõ audeat/merũ mortuarium gloſſariũ: ſed ut captus attagen obmuteſcat,quando ſecunda poſt naufragium tabula ſit errorem ſuum confiteri.

Cap.LXXI.

q VOd uero inferius/Alcmenæ/pro: Amphitryoni/ſcriptũ ſit: Amanuẽ/ſibus potius/aũt bibliopolis aſcribẽdum eſt/q̃ Pio:in cuius mentem minuta adeo errata non cadunt. Cæterum maleuolus indiſertæ homo prudentiæ et ſtultæ loquacitatis nodum etiam in ſcyrpo quærit.

Indiſerta prudẽtia.

Cap.LXXII.

p AVLopoſt q̃ deridiculus ſit facile oſtendit putidiſſimus Pylades Pylade hiſtrione famoſior: qui ĩ explicatione eius carminis.

Pylades hiſtrio.

Hinc profectus ſum ad Teleboas hoſtis/eoſq; ut uoluimus uicimus.

Contra metri rationem fore autumat ſi/uolui/

mūs/ponatur.id quod falſum eſt:ex ſenſus.n. plenitudine/et priſcorum codicum auctorita- te / ut Pius meminit ſcribi ita debet : Nec ulla metri obſtat ratio:quippe quū uerſus hic Hy- permeter ſit:qualis eſt ille in Bacchidibus.

Cæræ quidem haud parſit/neq; ſtilo:ſed quic- quid eſt perlegere eſt certum.

Vers hyꝑmeter.

Cuius generis ſexcenta apud Plautum carmi- na reperies.

Cap. LXXIII.

N Eo uerſu.

i Quis igit̃ narrauit mihi illic ut fue- rit prælium?

Non minus q̃ in cæteris ἀρρολαιάιτοσ.i.agre- tis/ídoctus :omniūq; imperitiſſimus quot ſūt aut fuerunt / aut poſthac aliis erunt in annis Pilatus apparet:qui non/illic:ſed/illud/legē- dum ex metri neceſſitate aſſerit:in quo q̃ ridi- culoſe deliret infantes etiam nouerunt. Nihil enim ad metri rationem refert ut/illud/potius q̃ illic ſcribatur:quum Iābus perinde ac ſpon- deus in hoc carmen cadere poſſit. Verū ſi ſin- gula delirantis huius et ueternoſi ſenis nuga- menta proſequi uelim:non hac ſola epitome: ſed iuſto opus eſſet opere.

Veternoſus.

Epitome

Proinde quãdoq; idẽ eſſe quod ꝓinde.
Cap.LXXIIII.

P AVlo inferius quãtum audaciæ ſuæ ſolitæq; temeritatis præ ſe ferat: Candidus Lector iudicet: in hiis ſcilicet Plautinis uerbis exponendis.

Eo fit quia mihi
Plurimum credo: et ſcio iſta et facta proinde ut proloquor.

Quæ quidem cuncta ipſe penitus inuertit ſic propemodum legi debere inquiens.

Quin eo fit ꝙ mihi
Plurimum credo: ꝙ ſcio iſta eſſe facta perinde ut proloquor.

Vide duriſſimam hominis frontem/impudẽtiſſimum ingenium: qui ſpurciſſimis uerbis ſuis Plautinos ſales fedare non erubeſcit: uerſus immutare/nouasq; ſuperaddere dictiones: nullaque grauiori auctoritate fultus/ Plautinos ſenſus uerbis magis q̃ rationibus improbare. Quum enim carmen illud ut pote omniũ impitiſſimus percipere minime ualuiſſet pro libidine ſua peruertere auſus eſt: perinde legens: non proinde: non aduertens proinde ſignificare aliquando idem quod perinde: hoc

eſt ita:ut Lucretius in quarto.

Nāq; figurarum ut ratio motuſq; repoſcunt:
Proinde foraminibus debent differre figuræ.

Quo uerbo alibi quoque ſæpiſſime Plautus utitur.

Nec me præterit in nullis codicibus accurate ſcriptis:eo pacto: ut falso Pilatus commentus eſt:legi:quandoquidem tantū Plautino diſſidet eloquio ſerieq; : quantum Homerico Neſtori ἀμετροεπὴς ille Therſites.

Cap. LXXV.

n ON Multo poſt Pium craſſius delirare aſſerit qđ uerſum hunc aliter ſcribit.

Tuo ſigno obſignata fertur.

Quoniam pes unus ſuperflueret. nullarum literarum pædagogum ſupra docuimus nequaq̄ eſſe mirum ſi apud Plautum (rarenter tamen) Hypermetri uerſus : id quod allato teſtimonio comprobauimus:inueniantur.

Ceritam et proceritam pro
eodem poni.

Cap.LXXVI.

PILATVS. Pro cerita circumferri. altera hiis Pii interp̄tis inſania iungitur:dicētis:cor-

Ceritæ fœminæ. Occurſaculū.

rige proceritam:proceritæ et indiſcriminatim ceritæ fœminæ uocantur cerere .i. occurſaculo quodam oppreſſæ.etc.ꝙ ſi interrogetur : ubi terrarum Proceritam inuenerit hiſcere/ut puto/non audebit.etc.

Helleboroſus.

ACHILLES.

NA ex innumeris iſthæc helleboroſi u ceritiq; Pilati eſt inſania/inſcitia/et hallucinatio maxima/hominis equidem literarum inſcii penitus/et expertis : qui ait:aſſeueratq; proceritam dici non poſſe.Sed quēadmodum a lapſu/prolapſus: a flatu proflatus:a ſtratu proſtratus et mille huiuſmodi: cur non itidem a cerita procerita deflecti poteſt? Adde ꝙ Pius Marcelli codicem ſequutus eſt:ī quo procerita iunctim ſcriptum eſt. Præterea ratione ſuadente aliter in Plautino codice ſcribi non poſſe contenderim:quandoquidē ſi pro cerita duplex eſſet dictio : ſignificaret nō ceritam/ſed quæ ceritæ ſimilis eſſet:quæ fruſtra luſtraretur quum inſaniētibus non inſaniam ſimulantibus luſtrationes et medellæ adhibeantur. Pro autem maius aliquid ſignificat : ut prominere : et propellere : plus eſt q̄ eminere:aut pellere.

Cap. LXXVII.

iN Eo Hemiſtichio.

Menſa ablata cubitum hinc abimus.

Ait bipes hic aſellus Pium cæcum eſſe qui non uiderit ſcribendum eſſe.

Menſa ablata: cubitum imus.

Ex metri neceſſitate. In quo quidem liquido mentitur: nam et uerſus et ſenſus recte manebit: ſi, uti ex priſcis exemplaribus et membranaceis Pius collegit legatur. Cuius ſententiæ Merula et Beroaldus accedunt.

Vitium adiuit latine dici.

Cap. LXXVIII.

iNTerrogat lutulentus Pilatus: quis unq̃ dixit uitium adiuit: et quis ſic loquutus ſit: quoniam non aditur uitium, ſed infertur, cenſetq; additum legendum eſſe. Quæ ſtultiſſimi et illiterati literatoris uerbã, q̃ nihil recte tenuerit, q̃q; cæcus, inſanus, et excors fuerit, apertiſſime teſtantur. Vellem rationem attuliſſet cur adire uitium pudicitiæ latine non dicatur, quum quiſpiam it ad uitiandam pudicitiam: quemadmodum quotidiano ſermone dici ſolet: probrũ adiit: hoc eſt ad probrum factus eſt proximus: adiit

mendacium:hoc eſt mendacio appropinquauit:id quod et ſignificantius/elegantius et latinius eſt. quum addere uitium niſi cæci doctores Pilato ſimillimi/qui barbarica monſtra eructant : dicere conſueuerint : quippe quum addere ſignificet aliquid ante fuiſſe/quod acceſſione alterius exaggeretur / accumuletur et augeatur. Quemadmodum dictum eſt a Priſciano:

Addere qd ex priſciano.

Adde parū paruo/paruo ſuperadde puſillū:
Fiet et hoc magnum

Dedicat enim/et (ut illiteratius loquar / ſed intelligibilius) præexiſtentiam quandam præſupponit uerbum/addit/quæ in hoc Plautino loco percipi nullatenus poteſt. Nā ſi quis pudicitiæ uicium adderet:in pudicitia antea uicium fuiſſe præſupponeret:quæ duo quū diſſideant ſtareq; ſimul nequeant : fetide inconſultiſſimeq; Pilatum loquutum apte colligimus:cuius uerba multa et ἄκοσμα ſtrepentiū ſine modo gracculorum ſimillima ſtudioſos omneis terruncifacere moneo.

Terrūcifacere.

Mulieris nomen aliqnando contumelioſum eſſe.

Cap. LXXVIIII.

Rabit fremit iſanit

n IHil eſt mhercle triuiali hoc grammatiſta literatoreq; deſperatius: rabit prorſus/fremit: et inſanit: quũ Pius fetorum omnium grammaticorum iſtiusmodi hoſtis/ hoſtiliter grammatiſtas inſectatur: barbariemq; ipſam repellit. Nihil eſt ipſo Pilato contra glorioſius elatiusue. lætatur: ſuperbit/ſibiq; nimis placet/ac ſibi iure ſuo facere uidetur: dum grammatiſtas ſuos defenſat: pro quibus ueluti pro mœnibus/ focis/et aris acerrime pugnat. Negat excors Homuncio Mulieris nomen contumelioſum eſſe: citans Vlpianum ita ſcribentem. Quod ſi ego uirginem emere putarem/ quum eſſet Mulier: emptio non ualebit. Exemplum Ciceronis ex Pii commentariis ſurreptum addit: Quæ quidem nedum illum redarguunt: ſed apertiſſime aduerſus ipſum clamant. Cur enim non ualet emptio inuenta Muliere: niſi q̃ ei illata eſt iniuria: factaque eſt deterior illato ſtupro? Nec quum Pius Mulieris nomen contumelioſum eſſe: et infame dixerit: Mulierem ſcortum eſſe intelligere unquam uoluit: uerum eam cui inſignite illata ſit iniuria:

ſexuiq; contumelia / et quæ ſtruprum ſit per/peſſa : quod dignitatem fœmineam minorem reddit : unde excogitatum eſt uerbum immi/nuere pro eo quod eſt præflorare. huic ſentē/tiæ aſtipulatur cōcinitq; lepidiſſimus ille mu/ſæus qui Leandri et Herus amores decantauit: dicens ꝙ Hero παρθένος ἠματίη, νυχίη γυνή. hoc ē uirgo diurna/nocturna mulier. p̃flora/tam ſignificare uolēs Heronem et nocte pro/ſtitutam. Pium ita intellexiſſe docent hæc uer/ba. Synonima enim ſunt Mulier et impudica. Per impudicam eam intelligens / quæ pudici/tiam amiſit. Hieronymus mulierem uirgini opponit: cuius ſententiæ Pius innititur.

Virām uxorem ſignificare: Biui/rā uiduam.

Cap. LXXX.

PILATVS. Nam ꝙ Vira hic legendum putat quæ ſit priſca uox et pro fœmina uel Vxore accipiatur nuſq̃ ut putamus id quoq; compertum eſt.

ACHILLES.

Vira. n Edum Vira pro uxore dicebatur: ſed

Biuira. Biuira pro uidua auctore Marcello:

reperitur et uniuira apud Hieronymũ in epiſtola ad pammachium. Vniuira.

Delinitum indifferenter et delenitum dici: et de eius propria ſignificatione.

Cap. LXXXI.

n ON poſſum homũcionis huius imperitiã ſatis admirari: qui delinitus: dici poſſe negat a Lino: quum auctore Quintiliano haud mirum ſit mutationes illas fieri quas afferunt declinatio aut præpoſitio: ut ſecat ſecuit. Cadit excidit: Calcat exculcat. Cædit excidit. Facio inficio. Itidem et delinio dici poteſt a uerbo lenio: immutato tãtum elemento: id quod in cõpoſitione ſæpiſſime teſte Priſciano fieri ſolet. Nã qui delenio dicit etymologiã ſequitur. Qui uero delinio. Etymologia. Anomaliam: ſiquidẽ deriuatiua primitiuorũ ſeriem in elementis omnibus non ſequuntur. Anomalia. Quod autem ait delenitum ſignificare mente externatum: illud falſum eſſe oſtendit Plautus in Sticho.

Contraq; uerbis delenitur commodis.

Et Columella libro decimo. Sed tamẽ: inqt: iracũdia notæ melioris facile delenitur aſſiduo

interuentu eorum qui curant aluearia. Vbi delenitur interpretare demulcetur: quod paſſiuum eſt a uerbo delenio. Reicienda ſunt igitur cuncta Pilati deliramenta et fatuitates: eruditorũq; conſenſui adhærendum: Nam ſi præſtandæ illis eſſent aures: dum ad uirtutis apicem ſcandere Tyrũculi putarent: in altiſſima ignorantiæ præcipitia deturbarentur.

Pium in ſyllabis multum ſapere.

Cap. LXXXII.

Friuolarius homũcio.

Mittam quod ſuper ommitto om/ o mittendus homuncio et friuolarius iſte blatit: qui nec Priſciani nec Pii uerba percepit. Vnum profiteri auſim: in reliquis multum: in ſyllabis maxime Piũ ſapere.

Cap. LXXXIII.

VPer eo uerſu.

ſ Si me illã amãtẽ ad ſeſe ſtudeã recipe.

Vaniloqdorus.

Vaniloquus et uaniloquidorus Pilatus a Pio diſſentit: eiuſq; ſenſum nullo fultus argumẽto haud quaq̃ probat: ut pote qui nebulas uenetur: et nullum ſalis guſtum habeat literator inſulſiſſimus: quælibet effutire paratus etiã per delitia/dũmodo a Pio diſſentiat ut aliquid ſapere uideatur.

Horto dici et hortor.
Cap.LXXXIIII.

ARmen Plautinũ eſt loquẽte Mer/
c curio.

Amãti ſupparaſitor:horto:aſto: ad/
moneo:gaudeo.

Quum in exemplatibus omnibus quos mihi legendi facultas eſt oblata horto/non hortor: legatur / Audaciſſimus attamen et confiden/tiſſimus Pilatus bonorum mala carminum la/uerna/ut inquit Auſonius: et Germana Britanicaq; illuuies / triuialis ſcholæ fetores obolens:non horto / ſed hortor/ ſcribendum putat:codicum ueterum ſcripturam in patrocinium adducens: quæ uel apud eum nulla uel Barbara prorſus et Gotica fuit: nulli placitura / niſi qui carcerarium forte Pilati codicem frequentarit. Nãq; ſi uerum id eſſet quod in/fantiſſimus nugaciſſimuſq; Technographos aſſerit: Merula / Beroalduſque antiquita/tis obſeruantiſſimi Pilato minime diſſenti/rent: qui non hortor: uerum horto legunt: ut in priſcis deprehenderant exemplaribus: quorum auctoritati ſimul ac literaturæ Pius aſſurgens nodum in Syrpo non quæſiuit:

Lauernã

Techno/
graphos.

Seſti9 caballus. reuerentiæ (ne dicam) timiditatis/ q̃ temeritatis crimen ſubire malės. Sed ne Seſtius iſte caballus/ſaltitante Camello ineptior/ ineptitu/ Camello ineptior. dinis ſuæ aſyllum/pedum uidelicet normam: reperiat:ſcito Plautum ubiq; ferme: et in iſto quoq; monodio/ ſiue ſcæna diuerſo genere carminis uti: nãq; a Tetrametro incipit/deſinitq; in Trimetrũ. perinde uerſum hunc ſeptem pedibus conſtanté inſeruiſſe potuit: quũ cæteri octo habeant. Addamus antiquos uocales extremas non ſemper abieciſſe/ſequente præſertim uocali: quum oratio cõmatica ſit: et dialyto impedita: de qua re a nobis ſupius adfatiin: id quod uentoſus hic atq; miſellus nuſpiam animaduertit. Vnde inumeris uulneribus/ et barbarie idétidem interfuſa/ codicem ſalesq; Plautinos diluit et infecit.

Cap. LXXXV.

NON me prætereunt quæ contra Pii opinionem uerbis et garrulitate magis/ q̃ rationibus inixus/ blaterauit Icelos. Morpheus. Phãtas9 ſemiſomnus/immo merus Icelos: Morpheus: et Phantaſus: quæ ſurda aure et prope neglig ẽti ommiſimus: ne Salmacidas (ut dici ſolet) ſine ſudore et ſanguine uincerem: adeo enim

leuia ſunt/ludicra/friuola/et nugatoria:ut ab illiteratis quoq; nedum ſemidoctis confutari poſſe diſpiciam. Nam auctore Epigrammatico poeta.

In ſteriles cãmpos nolunt iuga ferre iuuẽci.

Sinemus igitur in hiis quæ momenti erunt minimi incaſſum gracculum iſtum cornicari: eiusq; audita/ non auſcultata ut pharmoco/ polæ uerba contemnemus: quibus ſi cui reſpondere in animo ſederet/ eſſet perinde ac ſi frondes ab Ida:et ſummã libyco de mare carpat aquam:ut decenter inquit Ouidius.

Audire. Auſcultare.

Quid per uocem/Madidus/Plauto ſignificetur enarratum.

Cap.LXXXVI.

i N Dictione:Madidus:deſipit(ut ſolet) ἀγεωμέτρητος Pilatus:prorſusq; delirat.Vbi et eruditiõe:et ſenſu cõmuni caruiſſe uel cæci iudicare poterunt. et ſi integram hanc fabulam haberemus:Amphitryonem a Mercurio aquatica aſpergine fuiſſe madefactum oculata fide uideremus. Nec iocus eſſet in dictiõe:Madidus: niſi uox iſta duo ſignificaret madefactum uidelicet et ebrium. Quin quum paulo infra: Ego te ſacrifico et

Ageometritos.

Madidus quid.

macto: Mercurius uociferatur in Amphitryo-
nē: hoc innuit / quoniā mactatio nō fiebat ſine
inſperſione: unde maronianū illud. Inuergit
uina ſacerdos. cuius ritus propudioſus rabula
ignarus / merus nugas blatit temeritatis et igno
rantiæ ꝓſtibulū. Deniq; collegi pānoſum hoc
mendicabulū ære nō magis eguiſſe q̄ mēte.

Pium diuerſa exemplaria ſecutum
uarietatis gratia.
Cap. LXXXVII.

Inſcitiæ cāpus.

ON deſino mirari belluam hāc cā-
pum iſcitiæ depaſtam / et homonem
illepidum / qui paulo inferius Pium:
Plautum adducentem uerbo pale / id eſt palæ-
ſtra / in Moſtellaria uſum / taxat: Ibi uero pila:
non pale legentē inſectatur: non animaduer-
tens Pium diuerſa exemplaria ſequutum ta-
cuiſſe ſemel: ne fruſtra bis idem repeteret: ue-
luti ſurdo aſino fabulam narraret.

Sarcam eſſe carnem.
Cap. LXXXVIII.

OCtuinis oculis grāmatiſta Pilatus:
ebriolus: perſolæ nugæ / temeritatis et
cōtumeliæ īnācipiū / inuertit et more
ſuo reclamantibus priſcis exemplaribus ac no-

nis/carmen hoc Plautinum interpollat.
Scio hæc ſola ſarcam geſtat mea familiarium.
Ex metri neceſſitate et ſententiæ concinnitate
uertẽdum/ne dicam inuertendũ ſic autumat.
Hæc ſola ſana mihi reſtat meorũ familiariũ.

Quæ uerba Plautinũ nedũ leporẽ nõ redolent: ſed ineptiſſime adeo dedecẽt: ut uirgo ſimul et lupa/ Tyriãtina ueſtis/ et bardocuculus: quorũ quidẽ inuẽtio nõ alteri adſcribẽda fuit q̃ delirãti ſeni Britanico/ nomine req; barbaro: luto literarũ ac ceno: qui Iuuenalis codicẽ dimidio coinquinatiorem reddidit q̃ acceperat: ſuper qua re Terentius Florenius Brixienſis: non protritæ iuuenis eruditionis lacertos exeruit/ et hydram eruditorum iampridem conſenſu proſtrauit: fœtidi nedum Britanici/ ſed brittonis græce latineq; ignariſſimi propudii fimeta iuſto et peræque cenſorio uolumine minutiſſime conuerrens. Nec mirum ſi illiteratus britto illiteratiſſimo Pilato congruit/ magna quippe inter molles cõcordia: et ut dici ſolet: Muli mutuo ſe ſcabunt. Inſuper: præterq̃ quod audaculi et impudentis ſolius eſſet/ literam pro libidine mutare: nullo reuerendæ antiquitatis exemplari ſuffragante:

Terẽtius Florẽius.

Muli mutuo ſcabũt.

Merulā Beroaldoq; magnis literarū apicibus
diſſentiētibus : barbariſmum Britto cerritulus
incurrit: ut uerū ſit Auſonianū uerbū illud.
Nemo bonus britto eſt.

Quis unq̄ fando aut legendo accepit. Hæc
ſola reſtat ſana. etc. Monſtra ab ultimis Brit/
Bubula/ tōibus allata: unde cerebroſus hic bubularius:
rius. omnium egenus/bonarū uero literarum egē/
tiſſimus: pedibus albis iampridem in hanc ur/
bem ueniſſe gloriatur: et ut illa tempeſtas fere/
bat/errore magis/et hominum icuria : profeſ/
ſorum inſcitia/religionis ſimulatione/nuptia/
Lux ſubl rum lenociniis/haberi cœpit optimus malorū:
luſtris. cuius/ſubluſtrem quāuis / lucē latinæ græcæq;
Ioannes muſæ radiis coruſcus Ioannes Taberius/adeo
Taberi9. contenebrauit : ut conſono ſuffragio uerum
id Pompei cenſeatur adagium. Plures orien/
tem ſolem colunt/q̄ occidentem.

Apologetici in Plauti

Amphitryonem

finis.

ACHILLIS.P.BOCHII APOLOGISMVS SECVNDVS CONTRA PILATVM.IN PLAVTI ASINARIAM.

De Onago Pius Plautusq; defenſi. Cap.LXXXIX.

PILATVS. Onagos ē fabulæ : ſcribi debet eiuſdē uerſus finis:nō onagoſt / ꝑ onago ē: ut inqt Pius:uel ꝑ onagos ē:ut Saracēus.nā nullo mō onagoſt ſcribi patiť metri rō. Neq; uſq̄ auditū ē nomē illđ onago a Pio cōmemoratū.

ACHILLES.

ſAEPE ALTA IN SESE recipiētis animi ſpecula : cui nihil auiū eſt:mente/magiſtellū hūc cōpitaliciū/helleboroſum/ſimul ac furioſum faſtu/tumore / dicacitate in belluinā naturā ꝑuolutū cōtuor et examino: occurrit medi⁹ fidius illi/ut Apellis Ptolemæo aſininas aures ineſſe/ignorantia altrinſecus et contumelia latera ſtipātibus:quibus ineſcatus et excantatus alba linea cuncta metitur / et de

Magiſtellus cōpitalicius.

facili/ut ad pauca reſpiciens/ enunciat bliteus
mucidusq; literarum fucus: qui omnia quæ
non intelligit damnat:ſæpe uero ut ſapere ali/
quid uideatur:diſſentit ab interp̄tibus: idq; a
Pio: quem foris lancinat/domi ligurit:a quo
omnia quæ triuialem literaturam minime ſa/
piunt:illiberali furto ſubtraxit/inuerecundus
Plagiariꝰ plagiarius/et duræ frontis homũculus/cauilla/
Cãicula. tor/cãicula/ridicularius/gloriabũdus/oſcitãs:
ignobiliſſimus/ deſpicatiſſimus. Cæterum ea
Polyma/ polymathia/et nõ tritarũ rerũ cognitiõe mul/
thia. tiiuga præfulget Pius: ut eius in tuto ſit laus:
Pii laus ĩ quæ nullius præconio creſcere poteſt: nulla
tuto. uituperatione dimminui:iuuenis tranſgreſſus
auos/et ante diem dicenda tacendaq; callens:
fœcũdiſſimi ſupra coæuos ſuos uir ingenii:nec
dum enim trigeſimum et quartum annũ at/
tigit:et ea non aconiti nec ſine puluere elabo/
rauit:in quibus uel quãtulam partem attigiſſe
ſummis literarum apicibus glorioſiſſimũ fuit:
Polygra/ quem meopte titulo Polygraphotaton appel/
photatos lare conſueui: prolificam eius mentem etiam
tener exoſculatus:et adhuc maiora ſuperſunt.
Nam quæ iam promulgauit/folia(ut ita dixe/
rim)ſunt artis/pædomathiæ/getemataq; iuue/

nilia/ſi hiis quæ quotidiana formãtur incude cõferantur. Sed ad rem noſtram repedemus: huncq̧ uaniſſimum / unaq̧ litera plusq̃ me/dicum rabulatorem/aſpernabilem/inſuauem: inciuilem confutemus: ne in eo tantum ſibi plaudat ſpurciſſimus et Opicus ſenex barbariæ primipilaris britanicus deterrimo Pilato hoc uno deterior: ut qui mortuam Bucconis dementiam / et (relicto quãuis aculeo) ſepultam/barbaris telis:et nationis ſuæ toxico muniuit:utq̧ reuiuiſcere poſſet/ære ſimul/ac auxiliaribus mentis culpatiſſimæ telis inſtruxit: hoc diritatis propriæ emiſſario uſus: ne pretextatam ſtellionatus ſui malignitatiſq̧ perſonam ponere cogeretur. Scribit Eruginoſus iſte pædagogus non recte conſiſtere carmen hoc ſi ita legatur.

Opicus ſenex. Primipilaris. Diritatis emiſſari9 Stellionatus.

Dicam nomen huic græce onago eſt fabulæ.

Quoniã metron ametron eſſet/et incõgrua uerborũ epimelia. Atqui nec uerum loqueris nec ueriſimile frutex. portiſculus tuus / capulare cadauer/brittonũ propudioſiſſimus peſſime te docuit: Nihil.n.eſt huius carminis modulo modulatius. Nec mirum ſi præceptor tuus iſta minime uiderit: quum auctore Gre-

Verborũ epimelia. Portiſculus.

Aſinus ad fides.

gorio / canis antiquus cathenæ aſſuefieri non poſſit: Sitq; amuſos prorſus: et aſinus ad fides: Alter Tinga Placentinus: qui uno in nomine duos facit ſolœciſmos: barbariem ſuam non ſecus ac propriam amplectens filiolam.
Namq; ſi ita deducatur uerſus ille Plautinus.
Dicã. Nomenhu. Iegræ. conago. eſt fa. bulæ.
Quid iſtic ĩmodulatũ reſonabit? nihil prorſus. Conago enim pes Tribrachus erit: in ultima autem uocali nulla erit hæſitatio: quippe quum ὤμετα ſequente uocali apud antiquos ſubinde corripiatur: auctoribus huius rei græcis: nec latinis quidem ex uſu ſuo reprobantibus. Lucretius libro ſexto.
Tempore eo fiãt quo eteſia flabra aquilonũ.
Pio Beroaldus Merulaq; adſtipulantur.

Cap. XC.

Volſellis uti non gladio.

MMiſi nõnulla ſuperius indiſcuſſa: quum cæcutiat Pilatus: et quid loquatur (ut ferme in omnibus aſſolet) ignoret: Hermolaum Piumq; laceſſens: Sed uolſellis utitur non gladio.

Barbare in carmine Plautino ad comœdiæ titulum non referri.

Cap. XCI.

VAle eſt illud in eo Plauti Verſu.

q Demophilus ſcripſit Marcus uertit barbare.

Dictionem/barbare/ad comœdiæ titulum re/ferens. In quo dupliciter quidem errat. Quū uertere/id quod Marcus fecit/totam comœdiā complecti debeat:quod facit uerbum/ſcripſit: cui iſtud reſpondet. Præterea non barbara eſt dictio aſinaria:nec barbare ab onago dictione græca deflexa:ſed cōcinniter et aptiſſime. Nec indignum eſt aut incōueniens:ꝙ in principio fabulæ ſeſe Plautus attenuet:id quod omneis nō ſibi fidentes poetæ ſolent:ſed ad muſarum et Apollinis auxiliū cōfugientes. Cuius rei in/ſcius inſipidus hic garrulator : ut calcitroſus aſellus ruditu ſimul ac pæditu rem ſoluit. Calcitrō ſus aſell9

Cap. XCII.

PI LATVS. Pius iterum concutiens niſi et ſepultus delirio in hoc apparet.quum ait:Di/philus ſcriptum ſe reperiſſe.etc.

ACHILLES. Aurā ca/

VRas captat ac leporem uenatur in ptare.

a aere Muginator iſte / fediſſimusque Mugina

pædotriba. ꝓfiteor me prima uerba tor.

non percipere:nec mirum eſt/inſania/liuore: inſcitia/dicacitate / mõſtruoſiſſimis quattuor monſtris correptum puto erraticum iſtũc ho-
Ganearũ incola. minem/ſordentium ganearum incolam/delirare / ſibiq; non conſiſtere : ꝙ Demophilum: legendum eſſe / non Diphilum inquit. Prius in retractatiõibus ſuis/id Pius uidit quas ante huius corui garritus edidit ita ſcribẽs. Demophilus ſcripſit/Marcus uertit barbare:carmen eſt Plautinum : nihil immuto quum de Demophilo poeta quidpiam legerim.

Virum eius et uirum ſuum recte et latine dici.

Cap.XCIII.

q VIN cauillationibus inſiſtit ĩ expoſitione illius carminis.

Accurrit uxor ac uirũ eius triſtẽ agit: Tãq̃ uelit ad canones grãmatices ferula ſceptro ſuo/Plautum agere : quo delirio nihil eſt delirius. Virũ eius et uirũ ſuũ antiquos ĩdiſcriminatim dixiſſe ante nos annotatũ eſt ab eruditis:id quod ſolus hic grãmaticulus ignorat. Pio congruunt Beroaldus et Merula.

Philemium et philematium recte dici.

Cap. XCIIII.

IN Hiis Plautinis uerſibus.

Equidem ſcio filius φ amet meus
Iſthanc meretricem e proximo Phi/
lenium.

Adeo in Pium amarulentus inſurgit agreſti ferocia futilis locutuleius: nec duabus Anticyris aut utroq; ſanandus helleboro: ut ſanguinis miſſione per frontem ſit opus: cui tamdiu ueratrum non prodeſt. Exclamat Pium Philemion appellare paruum oſculum: quum id Philemation appelletur: ut poemation: prorumpitq; inconuitium/græcas/dicens/ Pium literas ignorare. O perdelirum/ et cucurbitularum egentiſſimum caput: quiſnam ſtercoree bonaſe/ Copriane mere a dictione græca Philema recta declinatione Philematium deflecti ignorat? quod Pius multis in locis et admonuit et docuit: ſuntq; iſthæc ex meris ramentis/et grāmaticæ fæcibus mutuata. Quare ut omnino ſine fronte/ ſine pudore cuncti te deprehendant Pilate: Pii uerba hiis noſtris inſerere collibuit. Phileniū: mallim legere Philemion. auctore Lucretio Philema ad expreſſiorem delicii affectum amatorem conſueuiſſe

Amarulentus.

Locutuleius.

Cucurbitula.

Copríanus merus.

Philema quid.

amaſiam uocitare:hoc eſt oſculũ : Philemion ſuauiolum ſignificabit:nomen uenerix puellæ perq̃decentiſſimum. Quin φίλω ſignat oſcu/lor et amo: Hinc lepidulum/feſtiuulum/et ge/niale carmen apud græcos in hanc ferme ſen/tentiã.ſi me φίλεις,ne me φίλει. hoc eſt.ſi me amas/ne me ſuauia:in male olentem.lego ta/men in græcis epigrãmatis Philænium nomen mulieris in hæc uerba auctore Philippo.

Ἡ πυρὶ πάντα τήκουσα φιλαίνιον ἱβαρεύ/πνιδος.

Quis autem adeo cæcutit : ut Pium in ultima enarrationis huius periodo non uideat ꝓbare nihil ut mutetur:quum præſertim Philænium tradat ſe in græcis epigrammatibus reperiſſe: quo quidem priorem ſententiam non proba/uit: at ſecundam. Cæterum puta Philemium a recto caſu non ab obliquo : ut canones docẽt: Plautum dixiſſe: Arguendusne erit poeta la/tinus qui in omnibus græcas regulas non ſe/quatur ? ſolent enim Romani a græco aliquid detorquentes dedita opera:et ex compacto a græcorum regulis Euphoniæ ornatusq; gratia aliquatenus deſciſcere:ſimul ne ex omni parte peregrinitatem dictio redoleat : et Philemion

Perio/dus.

Peregri/nitas.

deriuatum erit non diminutum:neq̨.n.ex Pii uerbis habes Philemium diminutiuum eſſe: ſed a dictione Philema deriuatum.nec obſtat Philemium ſuauiolum a Pio uocari/affectum potius rei/q̄ uerbi diminutionem intelligente. Cauillator purulentus/uanus/deſipiēs/hebes: ineptus:atra bile percitus:minimis etiam qui/busliber inſidiatur:alienamq̨ laudem grauate ferens caſſiculos telasq̨ ut Aranea diſponit: ſed eodem fato quo Arachne cum Mineruа certabit:ſuſpendio arborem eliget:inuidentia perſuaſtrice/comite ignorantia / furore duce. Latrat : ſed incaſſum latrat aduerſis muſis / et Apolline nullo/græcas Pium literas non tene/re:quod nec defenſione quidem dignū puto: græcatiorem omnino Buccardū ducēs:ut qui nedū græcas literas / ſed et græcos mores cal/leat:nec magis atticiſſet q̄ pergræcetur. At cō/cedamus mendum nō eſſe in Pii cōmentariis: et ab eo Philemium a recto deriuari/nō a ge/netiuo.Nec.n.nomina iſta a patrio caſu deri/uari Pius negat:quinimmo concedit: ſed etiā a recto priſcos deflexiſſe contendit / Marcello præſertim authore:qui a recto labos laboſum deriuat:ab obliquo laboris laborioſum. Quis

Purulē/tus.

Perſua/ſtrix.

Græca/tior.

Laboſū. Laborio ſum.

ignorāt tertiā apud græcos inflexionem quin-
tæ græcæ declinationi reſpondere?

De retiaculo Plautus aſſertus a calumnia.

Cap.XCV.

d VM ſubinde cimicem hunc ſpurciſ-
ſimū proterere neceſſe eſt/ timeo ne
manus ſpurcetur digitiq; oboleant:
tentare tamen omnia/cūctaq; experiri in ani/
mo eſt: potiusq̄ Plautino codici iniuriam in/
ferentem ſtolidum/excordem/tetrum/ illepi-
dum Pilatum perpetiar. Quum enim Beroal/
dus/Merula/ac omnis ætas duo hæc Plautina
recognouerit carmina,

Iubeas una opera me piſcari in aere
Venari autem retiaculo in medio mari.

Ebriacus hic tamen/et crapula inſcitiaq; ſe-
pultus legendum putat. Venari autem iaculo
apros ī medio mari. Quis iſthæc te docuit bar/
de/ capra cōmista/olidum lupanar? an quod
neq; priſci/ neq; noui codices ſeruant audes
pro nutu cōminiſci? et ut phanaticus/ quem
oeſtro Bellona ſuo ꝑcuſſit/ore rabido/effreni
et exlegi lingua: mōſtra ꝓferre ab ultima Brit/

Capra cōmiſta.

tania relata / tuo illo tuberoſo / multigrūmo: Tubero/
uinulētoq; ore:ut uiridaria Plautina aprugno ſum.
roſtro uaſtare/lepores proterere:et ex muſarū Multi-
cōcētibus relatas delicias diſſipare? Retiaculū grūmū.
non reperitur inquit hic lurco ſupra Tricōgiū
Mediolanenſem uinulentior. Quod ut euidē/
tiſſimis teſtibus laruatus hic bubo oēs ignorā/
tix tenebras circūuolans expiletur: Honoratū
grāmaticū libro primo georgicon ita ſcribētē
audiamus. Atq; alius latū funda iam uerberat
amnem. genus eſt retis a fundēdo dictū id eſt
retiaculum quod dicitur βόλος. Caper autē:
hæc retia pluraliter / retiaculum et retiacula
uſurpandum ait. Hieronymus in pſalmis. Ca/
dent in retiaculum peccatores. Reticulum re-
tiolūq; unde reticulata ſtructura/nihil ad hāc
rem. At noua compede aprum hunc cohibea- Subans.
mus: immo porcum lutulentiſſimum ſuban-
tem ſemper aut cubantem. Rationem proten/
dit: Dii boni: Aiacis Clypeum ut ipſe fingit.
Retiaculum/inquit/tollendum quoniam ſen/
tentia non æque quadrat: quum retibus pro-
fecto in medio mari quis uenari queat/hoc eſt
piſcari: et conueniens conſonūq; ſit/ in mari
retibus aliquid capere. etc. Prob Dii immor-

tales quæ monſtra ſunt monſtra/ſi hæc hominis uerba ſunt/aut ab homine prolata: uenari id eſt piſcari? O apruno uenabulo digniſſime: qui inter ſuccidias tuas grũnientes tot apros habes: an huiuſmodi interpretationem poſteritati cõmẽdaſti in opico illo uocabulario tuo Mephitico/ Chimeræo/ Britanicarum ſordiũ colliquia/ pueritiæ incilibus/ uoraginoſa lacinioſaq; ſubluuie? Profiteor ad hanc uſq; diem me nũq̃ legiſſe uenari idem eſſe quod piſcari. Hoc magno labore uenatus et expiſcatus ſum ex Pilati fœtoribus. Quin homo brute ſignificatur a Plauto per ſenem litano impoſſibilia præcipi: quæ pari opera facere poterit/ qua piſcari in aere: uenari ĩ mare poſſumus: id quod fieri nequit: quum uenatio nemorenſis ſit/ ac in ſiluis: in campo/ ſub dio fiat: non autem in profundo mari. Cæterum apri huius ſpurciſſimi grunnitus tandem declinemus.

Aprũnũ uenabulum.

Colliqa.

Quadrigæ ueneris olorinæ et tardæ.

Cap. XCVI.

qVAdrigas albas inſanus magiſtellus ad Venerem refert: quũ illic de Venere mentio nulla fiat: tãq̃ Veneris quadrigæ cæteris ſint celeriores: ociiq; parẽs nõ

Ocii parẽs cypris

ſit Cypris : oloresq; plusq̃ anſerinæ grauitatis aues ſint ad uolatum promptiſſimi : quod eruditi uix a riſu defendent.

Gelius Nõniusq; aſſerti a calumnia.

Cap. XCVII.

c VRatoris eget ſemitarius iſte grammaticulus et opidanus Socrates : qui quod in priſcis Nonnii et inuulgatis codicibus paſſim legitur temerarius eradit : Idẽ ĩ Gelliano codice auſus : mola aſinaria alligãdus : et ut Eupolis baptarũ auctor in mare trudẽdus. Nec enim ſum ille : qui temeritate maledicentiaq; propudium hoc et literarum cænum æquare cõfidam : quãuis naturam quãdoq; mutare cogat indignatio. Nec legi metricæ iniuria fit : quum ſuis pedibus conſtet carmen Plautinum.

Semitarius.
Socrates opidãus.
Eupolis.

Cap. XCVIII.

i N Sequentibus in expoſitione illius hemiſtichii.

Nomen commutaueris.

Quæ in commentariis Pii audaculus hic garrulusq; admodum grammatiſta corrigit : uitia impreſſorũ erant : quæ in retractationibus ſuis

Pius ante hũc emendauit:ea non ueretur hic bubo furtim ſubripere:ac ſibi inuerecunditer adſcribere.

Inuerecõditer.

De uoce Aeacidinus.

Cap. IC.

n ONnulla ſunt huiuſmodi quæ prudens ommitto:ne eruditi minuſcula iſthæc legentes ſtomachentur: quale eſt quod infra ab Aeacida Achille ait Aeacidinus deriuari:et nõ ab Aeaco inferorũ:ſõnia mhercle ægri ueteris nulla ratione uallata.

Aeacidinus ab Aeaco.

Hoc pro huc uſurpatum.

Cap.C.

a CCuſat eruditiſſimum Pium ineruditiſſimus Pilatus in eo hemiſtichio.

Proficiſcin hoc dixerimus.

Interꝑtantem hoc pro huc a Plauto uſuſpatũ eſſe. Quare ut errorem ſuum recognoſcat: et ut omnes illum grammaticum agrammaton eſſe ſciant: Audi ſodes Priſcianum libro.xv. ita loquentem. Pronomina quoqꝫ pro aduerbiis/uel loco aduerbiorum ponuntur: Virgilius in octauo.

Agrãmatos.

Hoc tunc ignipotens cælo deſcendit ab alto.
Hoc pro huc. Hæc ille. At non ſolum Virgi/

lius:uerum Iuuenalis etiam.

Rumpuntur ſomni fuſtes hoc ocyus inquit
Afferte,

Cæterum quid hoc monſtro ridiculoſius? cuius affannias ego in Menechmis idētidem ridēs quum legerem:reperi tādem ipſa ueritatis ui: quæ ſemper (ut inquit Ennius) enatat coactū eſſe hoc/pro/huc/īterpretari:linguaq; nequiſſima aberrante: uerum (cuius ſemper acerrimus hoſtis fuit)dicere. Quamquidem ad rem: ut ſtudioſi pauliſper rideant; uerba Pilati in Menechmis adiecimus. Hoc pro huc frequens Plauto loquutio:ut in rudente: concede hoc tu leno:et alibi ſæpius. Ipſe quidem quod natura lynces inſitum habent imitatur: qui poſt tergum reſpicientes priorum non meminerūt et mens perdit quod oculi uidere deſiderant. O obſeſſum omni crimine et lethargo caput.

Veritas ſemper enatat.

De Capidula uaſe. Cap.CI.

N Eius carminis enarratione.

i Iam nunc ſecūda mihi facis: ſcibām hoc te capitulo hodie.

Pium Buccardus taxat ꝙ Capidūcula legen-

Capidū-cula.

dum eſſe dixerit: quoniam id metri ratio non patitur. Sed ut omnes naſutum hunc rhinocerota contumeliis tantum et maledicentiæ intentum eſſe cognoſcant: Pii uerba quæ in appendiculis poſt Plautum extāt ſubſcribamus: Sunt enim hæc. Cenſuimus id carmen . Iam nunc ſecunda mihi facis: ſcibam hoc te capitulo.ita corrigendum : ut nō capitulo: ſed capeduncula legatur : quod quoniam non ita proximum eſt : ſcribo capidula quæ eadem eſt cum capeduncula . Hæc Pius . Nāq; ſi capidula leget : nulla carmini fiet iniuria: rectusq; idem manebit ſenſus: et inanes Pilati erunt in Pium cōmentationes.

Maledicētiæ itē/tus.

Difficillimi Plauti uerſus explicati.

Cap.CII.

Q VVM de caſteria inferius mētio fit: Bucco iſte bucculentus Euſtatii empuſſæ perſimilis uno pede (ut ſolet) inſiſtit : ex Pii codicibus difficultates omneis exſcribēs: in friuolis tātum futilibusq; diſſentiens : ut opinoſus et ut ominoſus obloquens: mentem cuius amentem ſi ſequeremur/ab itinere recto excideremus : nec filū (ut dici ſolet) filo annecteremus: Nā quum ſuperius matrem

Euſtatii empuſſa

Opīoſus

Filū filo ānectere

filiæ iraſcentem Plautus inducat: ꝙ interpel-
labat/et obloquebatur: illa modeſtiſſimæ filiæ
uice fungẽs modeſtiſſime ſeſe matri ſubiicit:
dicens et ſuam et matris uicem ſe ei relinquere
ac illam non aliter obſeruare ut remiges hor/
tatorem ſolent. Neceſſe eſt/ſi Plautinum ſen-
ſum conſtare/et filum filo ãnectere uelimus:
ſequentia duo carmina ſuperioribus congrue/
re/et eorum ſenſus a ſuperiori dependere. Nõ
enim hic quieſcentem aut laborantem Phile-
nium: ſed præter iuſtum loquaculam mater Loqua-
carpit. Illa uero reſpondens ait ſe matri obſe/ cula.
qui: illãq; obſeruare: non ſecus ac remiges iu/
bente hortatore deponunt remos/et accipiũt:
fruſtra autem iſthic de familia fit mentio: quũ
ad loquendum tacendumue omnia hæc acco/
modari debeant. Quod ſi animaduertiſſet hic
tabula lutumq; literarũm non ita temere iu/ Lutũ li/
dicaſſet: nec buccellarum alienarum medicus terarũ.
Buccardus quicquid in buccam uenit ſtatim Buccellæ
effutiſſet. Pius attamen (quoniam rerum co-
gnitio quotidie creſcit) publice Plautinos ſales
interpretatus: me excipiente et annotante: ni/
hil ex his uerſibus mutandum duxit. Si/ expo/
nens pro etſi: hoc eſt quis repoſuerim remum

Fringul/tire.

in caſteria/ibi quieſco : quaſi ſubintelligi uellet Philenium : etiam non quieſcerem : licet depoſito remo:te iubente. Legebat tamen/ibi non ubi : et familiæ:ut eſſet a familia nautica metaphora:nõ autem a domeſtica:et/tibi/exponẽdum eſt/in te/id eſt nutu tuo . Ridendũ uero et naucifaciendum quicquid perincertũ ſtolidior an uanior Pilatus ineptiſſime fringultit:qui egregiam ſalis Plautini laudem inſulſa nimis/et odioſa ſcrutatione uiolauit: futiliq; et puerili argutiarum meditatione/inepta/inani/leui/et quaſi dicaci argutia conſpurcauit .

Producere idem eſſe quod
proſtituere.
Cap. CIII.

PILATVS. Produxiſti/edidiſti/pepiſti:nã nõ placet quod Pius interꝑtatur proſtituiſti.

ACHILLES

I Proſtituto productori non placet uerbum producere / placet Iuuenali ita ſcribenti libro octauo.

Scilicet expectas ut tradat mater honeſtos:
Aut alios mores/ q̃ quos habet ? utile porro
Filiolam turpi uetulæ producere turpem.

Placet Hermolao uiro extra ingenii aleam po/ſito:placet Aſconio:Placet eruditis omnibus: placet deniq; hiis omnibus : qui in Bucconis hara non grũniunt. Hermo/lai laus.

Nouiciis gypſari pedes Tibullus a Pilati barbarie uindicatus.
Cap.CIIII.

e T Thuris piperisq; erunt cuculli: merciumq; ſegeſtria/librisq; uenibũt pro emporetica charta libri Buccar/dxi : ſolis adeo deliriis ſomniisq; redundant: inſaniaq; et peculiari grammaticulorum te/meritate refertiſſimi ſunt. Trichonem maxi/mum refert hic Buccardus : cuncta adeo im/plicat/mille Plautino codici inferens ſtigma/ta. ex hara ſua dictiones addit pro animi ſui ſententia : ſi modo animum habet : quæ uero non placent eradit:alterum Ariſtarchum ge/rens uir minimi pretii : id quod facile eſt ani/maduertere in principio illius ſcenæ. Merciũ ſegeſtria.

Perfidiæ laudes gratiasq; habemus merito ma/gnas. Pium carpens ueterum codicum fi/dem ſequutum / et alterius periculo diuinare nolentem:nõ enim adeo phanaticus eſt/neq; eo furore percitus/ut diuinare ualeat:id quod

ſoli Pilato conceſſum eſt. Eadem temeritate Tibulli hunccine uerſum deprauat.

Barbara luxatos ferre cataſta pedes.

Gypſati pedes uenalitii.

Contra bonam omnem literaturam. Quippe quum: gypſatos: legendū eſſe omnes ſciāt. Nam uenalibus mancipiis gypſo oblinebantur pedes argumento uenalitii: id quod præter cæteros Satyrographus poeta indicat.

Nuper in hāc urbē pedibus qui uenerat albis.

Potior paſſiuum eſſe.

Cap. CV.

PILATVS. Pius paſſiue dicit interpretandum eſſe potiri: hoc eſt triumphari: quod nullibi auditum eſt.

ACHILLES.

Gurges iſcitiæ.

IMPudentia prope peculiari laborat Buccardus hic effrenis / et altiſſimus inſcitiæ gurges: qui dū aliquid ignorat: id nullibi auditum eſſe / et nullibi reperiri aſſerit. Quare ut imperitiā et temeritatem ſuā audacter / ſtrenueq́ cōprimamus: Donati auctoritate / non ſecus ac mucrone clypeoue ſolidiſſimo utamur: cuius in Phormione hæc uerba ſunt. Pateretur mali: legitur et potiretur

Potiri meſon.

quia potiri μέσον fuit: Plautus: hoſtium poti/

tūs eſt. Hæc ille. Lucretius autem in hoc ſignificatu et ipſe uſus eſt.

Præterea mens ipſa iacet/languetq; ſopore:
Nec diſſentit eum mortis letiq; potitum.

Quid manifeſtius eſt/quidue impreſentiarū notius/præfecti huius triuialis/uapularisq; tribuni inſcitia? qui ſeptenis nedum/ſed centenis ignorantiæ uerticibus fæcundiſſimus aſſurgit: mōſtris ſuis et ueneno eruditionem deliciasq; Plautinas inficiens. Verum: proh Dii boni: quāta ueritatis uis eſt: cogitur Pilatus (ſui tamen immemor) cū Pio ſentire in captiuis: ubi ait. Eſt potitus hoſtium .i. factus eſt hoſtium præda: et peruenit in hoſtium manus: nouato a poeta loquendi modo in paſſiua ſignificatione.

Præfectꝰ triuialis. Tribūus uapularis.

De Septem ſapientibus: et Iuuenālis interpretatio ſuo auctori uindicata. Cap. CVI.

q VI ab alio genere uitæ detriti iam et retorridi literarum diſciplinas ſerius adeunt: ſi forte iidem garruli natura et ſubargutuli ſunt: q̄ opido fiunt in literarū oſtentatione inepti et friuoli: in quorū quidē

Subargutuli.

numerũm recenſendus merito et adſcribendus
eſt Buccardus: qui arrogans mirum in modũ:
atq; inſolens nũq̃ a ſe diſcedit: neq; idem unq̃
Catullia/nus ſuffe nus. (Catulliano Suffeno haud abſimilis) æque eſt
beatus/ac poema quum ſcribit: tam gaudet in
ſe tãq; ſe ipſe miratur. Septem ſapientum uer/
ba et nomen ex Pii theſauris mutuatus: poſt
Pium Pii reperta reperit: demum autem ut
ſcire aliquid uideatur: lectores admonet inſpi/
ciant/quantum inter ſuam et Pii interpreta/
tionem interſit. Ventoſum/indignũq; pæda-
gogulum de quo fiat in academia mentio: ui-
Critici. deant critici carminum trutinatores: naſutiq;
Trutina/tores. uerborum penſitatores: etiam ſecũdum Lug/
dunum lis iſta decidatur. Verſus tui ô Pilate
Mortua/rium. ſcholicum / mortuarium/triuiale neſcio quid
uirus/anatemue deſipientem obolent: uenãm
Ars iers. nullam: artem inertem. Pii uerſibus nec mu/
ſæ magis ſunt muſicæ: elati ſunt/ſonori/rebus
et uerbis efferti: hoc uno ſaltem ſuperiores/φ
inuentorem Pium agnoſcunt. Buccardus au-
tem Bucco merus/ſeruum pecus/hiulcis / lap/
ſantibus / male coagmentatis uerbis inexplici-
tus eſt: quorum argumento Aeſopi ranam re/

preſentauit/ quæ boue referre non potuit quã/ uis ſe rumperet. Inuehitur aſellus hic doſſua rius in Pium/ꝗ Sidonium uellicat Thaletem prima longa pronunciantem. uellem erudito/ rum teſtimonia in medium protuliſſet a Pio diſſentientia: re enim non uerbis ſtandum eſt in acie: nec magnificis/ampulloſis/æacidinisqꝫ minis inter pocula trucidandi ſunt hoſtes: ſed præpilatis ratiõis haſtis ĩ pugna. Addit fœtidus et hallucinanti ſimilis literator Bias ſecunda longa a græco illo poeta ponitur: debuit igi tur a Pio idem obſeruari. O caput acepha/ lon/et cucurbitanum: nonne qui in græcis te aliquid præfers a tuo illo Britonio præceptore Palatiolo oriundo/tali diſcipulo digniſſimo: didiciſti / α / apud græcos elementum eſſe di/ chtonon / ſiue/anceps latine libeat appellare? cæcus mhercules cæcum ducebat/caſcũ caſcus: et ambo in foueam cõciderunt. Tu blatta in peluim/et lupus in puteũ prolapſus / Piũ lite/ rarũ theſaurũ in græcarũ memoriarũ cogni/ tione taxare audes? qui dormiẽs te tuũqꝫ brita/ nicũ relinquit: illũ in ꝗ britanicũ: qui quãuis octogenarius ſit/rudimẽta tamẽ utriusqꝫ linguæ

Aſellus doſſuarius.

Caput àcephalõ.

A: dichronon.

Lupus in puteũ.

uix tenet:et ſi quid nouit ex Pii et aliorum cõ-
mentariis nouit: in expedito eſt exemplum.

In expe-dito eſt.

Nam quum Iuuenalis carmen id interpretare-
tur palatiolenſis Thucydides.

Excuterent ſomnũ druſo uitulisq; marinis.

Somnos urſo emendauit ex Pii in Plautum lucubrationibus/ nodum ſatyricum enodans: et impudentiſſime auctorem ſubticuit:ſcilicet neſciens ingenui eſſe animi fateri per quos ꝓfeceris:mallensq; in furto deprehendi:q̃ mu-tuum reddere/homo furaciſſimus/egregiusq; lauernionum anteſignanus.

Lauerni-onũ ãte-ſignãus.

Legere habere ſignificatũ nõ protritũ
et id a græco ſumptum.
Cap.CVII.

N Eius carminis interpretatione.

i Hinc me clamantem ex ædibus dele-
git huius mater.

Linguax et blatero.

Linguax blateroq; Pilatus Pium ait garrire futilia et ſõni plena:q; delegere a uerbo græco ἀναλίγω detorqueri dixerit in ꝓuerbiis græcis inuẽto:quũ nihil tale apud græcos legat/neq; ἀναλίγω usq̃ uiſum ſit. Atqui ut Buccardi hu-iuſce impudentiã ſimul ac inſcitiam deprima-mus: Notandũ non a lego.is.delego deriuari

in eo ſignificatu/quo Plautus utitur:ſex enim ſignificatiões habet lego/nihil ad delego pertinẽtes. Dicet forte ſtudioſus in re literaria curioſior:unde igitur delego/ſi nõ a lego/deflectetur? Cui reſpondebit Pius:a uerbo quidem græco ἀναλίσκω: unde Plautus latinum uerbum delego mutuatus eſt. Dicet Pilatus/nuſq̃ ἀναλίσκω uiſum eſt:quare ut i literis græcis huius imperitia detegatur:uerba Zenobii et Didymi/qui prouerbia græca ſcripſerunt/in medium afferamus. ἀετὸν κάνθαρος μεύεται. παροιμία, τὰ γὰρ ὠὰ τοῦ ἀετοῦ ἀφανίζουσιν οἱ κάνθαροι κυλίοντες ἐπεὶ οἱ ἀετοὶ τοὺς κανθάρους ἀναλίσκουσιν. Vbi ἀναλίσκουσιν neceſſe eſt habere ſignificatũ offendẽdi. Vnde Plautus illud ſũpſit in Amphitryone. Cui lego hoc ſcipione. Animaduertendum tamen eſt in Pii cõmentariis perperam ανωλισκω impreſſorum incuria ſcriptum: quũ ibi ἀναλίσκω legi debeat. Zẽobius Dydim⁹

Falſo Pilatum aſcribere Pio
quæ non dicit.
Cap. CVIII.

iN Eo carmine Plautino.
Tuus arbitratus ſit cõburas ſi uelis.
Calumnioſus eſt nugaciſſimus hic Calũnioſus.

interpres: aſcribitq; Pio quæ nec dixit/nec ſomniauit unq̃. Vbinam reperit apud Pium referendum eſſe ad argentum non ad picturã. quoniam argentum non comburitur? Cerritus eſt profecto et furioſus hic homuncio/uel dæmonium habet qui Pium intelligat ante q̃ loquatur. Immo id omne ad picturam referẽdum eſt. Quare ut in manifeſta calumnia deprehendatur/Pii uerba ſubtexam ita ſcribentis. Tuus arbitratus: lego/tui arbitratus. i. tui arbitrii: in tua ſcilicet poteſtate poſitum ſit. Præter hæc nec uerbum mutit Pius. Quãobrem non deſino mirari unde has nugas commentus ſit hic tricho: quem ſi audiamus/Pius etiam dicit quæ non dicit.

Cerritus homũcio

Tricho.

De Artemone.

Cap. CIX.

Egregie ĩprobus.

[T]Andem egregie improbus homũcio e uirulentiam obolet qua ſemper agitatur: qui Pium ſcribit Arthemonem cum aſpiratione dicendum cenſuiſſe, in quo palam mentitur: quippe quum nonnullis hoc adſcribat Pius: nec ex ſententia ſua id proferat: Quemadmodum ex uerbis ſuis inferius percipere datur.

Chreſtum Plautinam uocem
non eſſe.
Cap.CX.

p AVlopoſt Chreſtum ex hara ſua in Plautinas delicias iniicit. Qua quidem uoce nullus comicorum utitur. atqui priſci ita codices habent.
Cliniam / Chremem / Cratinum / Demiam / Demoſthenem. id quod ἄχρηστος iſte bambalio non uidit. ἄχρηστος. Bãbalio.

Indicatum quid apud Plautum
ſignificet.
Cap.CXI.

m ISerrimum tandem/omniũq; perditiſſimum ſimul ac illiteratiſſimũ Pilatum fouea ut Lupum excepimus: nullam Plautinorum carminum et ſenſuum rationem tenere coniecimus: qui in expoſitiõe carminis illius.
Male cubãdũ ẽ: ĩdicatũ me uxor adducit domũ
Iudicatum/codicem impudentiſſime cõuellens ſcribit: hiis propemodum uerbis uſus.
Iudicatum condemnatũ: quod plurimi codices habent: et ſenſui maxime congruit: quoniã uxor dixit. Cœnabis hodie ut dignũ ẽ ma/

gnum malum . et ſic ſententiam aduerſum eum tuliſſe uidetur / ꝙ mereatur cœnare magnum malum. Ita/incolumi Pio/moriar: niſi

Mēdaciloquus.

mendaciloquum hunc grammatiſtam literarum ignaniſſimum in fidelibus codicibus inſolentiſſimum ut euidenter agnoſcatis efficiam.

Muſarū cādidati.

Accipite muſarum candidati quæ Marcellus Plautiniſſimus interpres ſic annotauit. Indicatum æque indictum : Plautus in Aſinaria. Male cubandum eſt indicatum me uxor adducit domum. Vbi indicatum cauſa condemnatum intelligi debet.

APOLOGISMVS IN PLAVTI ASINARIAM

.: FINIT :.

ACHILLIS .P. BOCHII APOLOGISMVS TERTIVS IN AVLVLARIAM CONTRA PILATVM OPIDICVM IAFREDINENSEM.

Defenſus Pius a Buccardi calumnia.
Cap.CXII.

ARPIT BESTIVS ISTE Buccardus Pium:ꝙ Staphilam uxorem dixit Euclionis. quum iampridem hoc Pius librariorum uitium emēdauerit. Nutrix enim non uxor in cōmentariis legendum eſt. Hæc Pium perſpicaciſſimæ alioqui diligentiæ decipere non poſſunt, quæ ſunt ex Plauti uerbis manifeſtiſſima. Nutricē autem Staphilā fuiſſe, nō uxorē Pius alibi in cōmētariis ſæpenumero tradit. Beſtius.

c

Proxenetā tam uirū q̄ mulierem amplecti: ſed figurate.
Cap.CXIII.

a DDit Simiolus iſte Pium erraſſe: ꝙ hiis uerbis eſt uſus. Vtitur Eunomia Simiolus

proxeneta ad reconciliandam puellam: quo/
niam proxeneta uirilis ſit generis. Vellem au/
thores attuliſſet: qui proxenetam fœmininum
ſexum recipere non poſſe tradant: nec ſi ma/
ſculinum eſt continuo dicere potes non eſſe
fœminini generis. Exemplum euidens in dic/
tione Lupus: quem maſculinum omnes dicũt:
reperitur tamen/ Lupus fœta genere fœmini/
no. Quin figurate dicere poſſumus: Eunomia
eſt proxeneta/ hoc eſt proxenetæ uice fungi/
tur. Sappho eſt poeta/ hoc eſt poetica dulcedi/
ne ſcatet. Sappho eſt græcus Horatius: hoc eſt
lepore Horatiano redundat: et mille huiuſ/
modi: in quibus Romana lingua licenti iu/
cunditate laſciuit et uernat. Puer uirilis est ge/
neris: Liuius attamen in Odyſſæa inquit. San/
cta puer filia Saturni. Næuius in ſecundo bel/
li punici.

Prima incedit celeris Proſerpina puer.

Et quum nunc hæc ſocrus dicatur: uetuſtiſſi/
mi tamen cõmuniter hic et hæc ſocrus profe/
rebant. Accius in Atreo. Simul et piſæa præ/
mia erepta a ſocru poſſedit ſuo. Aper apri/cu/
ius fœmininum ueteres protulerunt Apra. et
hæc ſpecus. Pacuuius in nuptiis. Aduenio in

ſcrupuloſam ſpecum. Et hunc aluum / Cato ad filium. Cataplaſmatis ex aluo lauando. Cinna in ſmyrna.

At ſcelus inceſto Cinnæ creſcebát in aluo.

Quum nunc dicatur hæc aluus: uel auctore Virgilio. Aluus. Humus.

In latus inq; feri curuam compagibus aluum.

Nunc dicitur hæc humus: reperitur et hic humus: Liuius in Adone: humum humidum pedibus fodit. Hoc uirus: et hic uirus dicitur: et ſecũdum maſculinorum regulam declinatur. Virus. Lucretius.

Liquit enim tetri ſupra ueſtigiá uiri. Proxeneta.

Mirabimur igitur ſi hic et hæc proxeneta dicetur? Dicitur et hoc gũmi: et hæc gũmis auctore Capella. Hæc ſcrobs: et hic ſcrobs. Hic pugil ab oĩbus dicitur: Terẽtius tamẽ de uirgine dixit: pugilẽ eſſe aiunt. Haud nouerat Cyclicus hic auctor licere maribus aptũ uerbum: fœminis quoq; adiũgere: et cõtra facere: ut puta: bona anima futuit illã fœminã: p: o: bonæ animæ uir: Author Priſcianus libro undecimo. Pari exemplo dictũ eſt a Pio: utitur Eunomia Proxeneta: hoc eſt fungẽte officio uiri proxenetæ. Figurate. n. dicitur per relationem Gũmis. Scrobs. Pugil. Auctor cyclicus.

ad alterūm: quale illud Lucani libro primó.
Hic leges et plebiſcita coactæ.
Virgilius in octauo.
Qualis eram quum primam aciem preneſte ſub ipſa Straui.
Ad intellectum urbis reddidit ſub ipſa. Quo modo Terentius in prologo Eunuchi / in eunuchum ſuam dixit: ad comœdiam referens pronomen: hiis figuratiōibus uſus eſt Homerus: cuius rei exempla protulit Priſcianus libro decimo ſeptimo.

Theſaurum locum quoq; theſauri ſignificare eruditorū teſtimoniis probatum.
Cap. CXIIII.

Apophradá. PVDor/propudiūq; literarum/cænulentus et apophrada hoc eſt nefaſtus ille Pilatus Pium rudem et amentem appellat: ꝙ theſaurum pro theſaurario hoc eſt loco ubi theſaurus ſeruatur / uocet: ſubdens: theſaurum locum ſignificare et repoſitorium nūq̄ eſt compertum / neq; auditum. Hoc de ſyllabario ſcrutatore / minutoq; grāmaticulo facile crediderim: qui in triuio miſerā diſperdere uocem inter cirratam claſſem ſemper aſ-

ſueuit. Polymathitæ uero et multiſcii doctores hoc audiuerũt/hoc legerunt / hoc ãnotauerũt uel in euangeliis ubi talia leguntur. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera aurum: thus/et myrrham. Vbi per theſauros repoſitoria theſaurorum intelligere neceſſe eſt: quandoquidẽ minus erudite diceretur: aperitur theſaurus: ſi contentum ibi ſignificaretur: ſicut inſulſiſſime/aperitur frumẽtũ. Thomas theologus aquinas haud ignarus uocem hanc duplici ſignificatione notari/theſauros pro loculis et repoſitoriis uſurpauit: cuius in Apologia contra Gentiles hæc uerba ſunt. Vires autem quæ cõſeruant formas nõ apprehẽſas in actu: dicit non eſſe uires apprehenſiuas: ſed theſauros uirtutum apprehẽſiuarum: ſicut imaginatio/quæ eſt theſaurus formarum apprehẽſarũ per ſenſum et memoriam. Item libro ſecundo contra Gẽtiles. Potentiarũ autem ſenſitiuarũ quædã recipiunt tantũ/ut ſenſus: quædã autẽ retinẽt/ut imaginatio et memoria unde et theſauri dicuntur. Paulo poſt dicit Ariſtoteles in tertio de anima ꝙ intellectus poſſibilis eſt locus ſpecierũ: quod nihil aliud ẽ dicere ꝙ̃ ipſum eſſe theſaurũ intelligibiliũ ſpecierũ: ut uerbis

Polymathitæ.

Auicennæ utamur. Auguſtinus in quadam ad Hieronymũ epiſtola. Animas creare uel ex fõte aliquo ſiue theſauro quodã quem tũc fecit eas mittere. Præterea Cicero libro primo de oratore/ait. Quid dicã de theſauro omnium rerũ memoria: quæ niſi cuſtos inuentis cogitatisq; rebus adhibeat. etc. Præterea ad Herẽniũ libro tertio. Nũc ad theſaurũ inuẽtorum atq; omniũ partiũ Rhetoricæ cuſtodem memoriã tranſeamus. Sed ut obſtricto (quod aiũt) collo ex muſarum choro in triuium ſuũ protrahatur hæc auis iauſpicata/et Plutonius oſcen:

Auis iauſpicata. Oſcẽ plutonius. Lege Mantuanum Homerum libro quarto Georgicon ita ſcribentem.

Si quando ſedem anguſtam/ ſeruataq; mella
Theſauris relines.

Lege et Honoratum grammaticum ſuper ea re doctiſſime ita interpretantem. Theſauris id eſt repoſitoriis: ac ſi diceret apothecis. Sed et

Locũs plauti. Plautus quum dixit. Teneo theſaurum ſtupri in hoc ſignificatu uſus eſt: adulterum intelligens: qui probro uxorem impediuit: in quo tãq̃ in theſaurario adulteria ſeruantur: non ſecus ac ſi diceretur/ archa pfidiæ: ſcriniũ nequitiæ/et conſimilia. Nouis inſuper argumen/

tis carcinum hunc in inſcitiæ ſuæ uoraginem obtrudamus: eiuſq; ſupercilium decutiamus: ut dare herbã cogatur, fœtidasq; ſuas eradere pagellas: quas rabie inſitaq; diſciplina, ne dicam diſplicina referſit: Auctor eſt Gelius Flauiſſas et theſauros eſſe eiuſdem ſignificatus: at quum Flauiſſæ cellæ ſint, et ciſternæ ſubterraneæ: colligo theſaurum cellam eſſe, et repoſitorium. Quare ne conuiciis magis q̃ robore triariorũ noſtrorũ hoc eſt claſſicorũ auctorum depugnemus Gelii enchiridii noſtri uerba ſubſignauimus: quæ poſita ſũt libro ſecũdo noctium atticarũ. Seruius ſulpitius iuris ciuilis authoꝛ, uir bene literatus: ſcripſit ad. M. Varronem, rogauitq; ut reſcriberet: quid ſignificaret uerbum, quod in cẽſoriis libris ſcriptũ eſſet: id erat uerbũ: Fauiſſæ capitoliæ. Varro reſcripſit: in memoria ſibi eſſe: qđ. Q. Catulus curator reſtituẽdi capitolii dixiſſet: uoluiſſe ſe areã capitolinam deprimere: ut pluribus gradibus in eãdem cõſcenderetur. Suggeſtuſq; pro faſtigii magnitudine altior fieret. ſed facere id nõ quiuiſſe: quoniã Fauiſſæ ĩpediſſent. Id eſſe cællas quaſdã et ciſternas quæ ĩ areã ſub terra eſſẽt: et alia quædã religioſe donariis cõſecrata. At de-

Dare herbam.

Suggeſtus.

inde eadem epiſtola negat quidem ſe in literis inueniſſe: cur fauiſſæ dictæ ſint. Sed. Q. Valerium Soranũ ſolitũ dicere ait: quos theſauros græco nomine appellaremus: priſcos latinos Flauiſſas dixiſſe: quod in eas nõ rude æs argẽtũq; : ſed flata ſignataq; pecunia conderetur. Cõiectare igitur ſe detractam eſſe ex eo uerbo ſecũdã literã: et fauiſſas eſſe dictas cælas quaſdã et ſpecus: quibus æditui capitolini uterentur ad cuſtodiendas res ueteres religioſas.

Flauiſſæ quæ.

Abſit igitur ut literatũ Pilatũ credamus: imo incelebrem literatorẽ ex plebeia grãmaticorũ cohorte: qui tã͂ eruditioni fines præſcripſerit quod ignorat improbat. Id nihiloſecius ſenex bipuer Britanicus aſſueuit: et Britanico ſimiles illiterati ferme oẽs: Ita ſibi belli iſti homines certos ſciẽtiæ fines: et uelut quædam liguæ pomœria et effata poſuerũt. Occurrit id: qđ minime prætereundũ fuit: Alberti magni exẽplum: cuius quidem: ut Pilati eruditionẽ uernaculam, et plebeiã eſſe omnes cognoſcant: ex Metæo͂rorũ libro primo uerba ſubſcripſimus.

Effata.

Igneæ partes terreſtres cum pluuia nõ omnes deſcẽdunt: et illæ quæ deſcẽdunt iterũ ad humorem pluuiæ ſolutæ ut plurimũ reaſcendũt:

et ultra ſpacium frigidæ regionis aeris euadũt propter ſuum actum et ibi ſtant et multiplicantur/et ex illo multiplicato quaſi ex quodã theſauro paulatim propter calorem regionis quæ dicitur æſtus aſcendunt.

Inanis pro inanimentis dici.

Cap.CXV.

VRit ut aſſolet de ſuo ĩgenio cæteros eſtimãs Pilatus ĩaniloquus ſup inaniis: Pio adſcribẽs quæ nec ſẽſit unq̃ nec ſcripſit:cuius uerba ſũt hæc. Inanis inanimẽtis:ĩanitatibus Marcellus interꝑtatur. Hũc Buccardus bucculẽtus expillat ĩ oibus et ꝓmit extra limen iniquus:nihil noui ĩ mediũ afferens:uerũ ex Pio tã q̃ ꝓmo faſciculariã faciẽs. Nec Marcelli codex aliter emẽdandus:nec applaudẽdũ Pilato:qui nec pilũ quidẽ docti ſiue pudẽtis habet: Ingrato impioq; diſcipulo cõtra præceptorem Pium:quem mendacio fraudare inuentis ſuis conatur incaſſum.

Inaniloquus.

Faſciculaf ria.

Curiales qui ſint.

Cap.CXVI.

PILATVS. Sed nõ iccirco uerum eſt quod Pius audax nugator inquit. Curiales uidelicet dici eiuſdem curiæ.

ACHILLES.

u

IDE hominē ἀνθαλόστομον ἔχοντα ἀχάλινον, futilem/ac petulātiſſimū: qui curiales eiuſdem curiæ dici poſſe negat: quū dicatur curialis meus: ſicuti municeps meus. Nec aliter Pius intelligit / q̄ cū adiectione: ut Antonius municeps Cæſaris: Flauius Curialis Auguſti. Quod ſi cōtrariū ſentit adducat authores. Mendaci/nugatori / et/ut Plautino uerbo utar/Nugipiloquidæ/doctorū aduerſario/iſcitiæ et temeritatis archimādritæ Buccardo nō credimus: niſi de artibus ſuis diſputanti: de quibus ita iudicat inferius. Præcidere etiam in alia ſignificatiōe capitur pro re turpi: hoc eſt marē intra podicem coeūdo labefactare: ſicut pædicare ē īter fœmina fedare. O inputatā belluam: procul q̄ putas longiſſime ab ætate prætexta ablegādam ut illutibilis: pæminoſus/et contagioſus porculus nequitiæ propriæ quisquilias eructans.

Nugipiloqdes.
Archimādrita.
Præcidere.
Pædicare quid.
Illutibilis
Pæminoſus.

APOLOGIA ACHILLIS.P.BOCHII IN PLAVTI AVLVLARIAM FINIT.

EIVSDEM APOLOGETICVS QVARTVS IN PLAVTI CAPTIVOS CONTRA PILATVM OPIDICVM VERNAM.

Errore memoriæ lapſum Pium:id quod magnis contigit auctoribus:Barbarieſq; Pilati detecta.
Cap.CXVII.

PILATVS. Hæc eſt uera totius comœdiæ materia. In qua explananda Ioannes Baptiſta Pius interpres amẽtiſſimus:ut ſæpe alias:ſic et nũc inſanientis imaginẽ præ ſe ferẽs:inqt Stalagmũ quadrimulũ Tyndarũ aſportatum in Aulidem medico Menarcho uendidiſſe.etc.

ACHILLES

q

VIS neſcit Tyndarũ Theodoromedi Polypluſio / non medico Menarcho uẽditũ fuiſſe?ſed hoc Pio adſcribendũ haud q̃q̃ fuit:quũ Amanuẽſiũ error:aut memoriæ lapſus / quæ auctore Plinio / fallere ſemp̱ cogitat:ſiue ardẽtis q̃dã ad maiora ani- Memoria.

mi ſollicitudo in cauſa fuerit:quandoquidem dum ſtudioſis opem cõferre auide nimiũ Pius intendit: pro nomine nomen ſi ſemel aut bis immutauit piaculum non fecit. nãq; opere in longo fas eſt obrepere ſomnũ:ut inquit Oratius:ſiquidẽ et ipſe quandoq; bonus dormitat Homerus. Verũ ſi Pius/uelut amens/taxãdus eſſet:q pro Theodoromede Menarchũ ſcripſerit: Pilatus uelut amẽtiſſimus/inſaniſſimusq; notandus erit: in cuius cõmentationibus tot errores quot literæ deprehenduntur: auctores pro auctoribus citati: dictiones pro dictiõibus ſubſtitutæ: barbararum uocũ uſus: latinarum abuſus:popularium crebra cõſuetudo: quemadmodum proxime/Aliqualis/dixit: quum ſit uocabulum deculpatum / et triuialem ſordem redolens. Sicut inferius Oratianum carmen inuerſum et præpoſterum citãt.

Semieſos lepores/tepidũq; ligurier acci.

Oratius enodat⁹. Quum in Oratio legendum ſit et ita omnes recognoſcant.

Semeſos lepores/tepidũq; ligurierit ius.

Id quod memoriæ uitium non fuit/ſed inſcitiæ:ſequitur enim mẽdoſum/Pilatus/Marcelli codicẽ in uerbo Ligurire:ubi reſtituẽdũ eſt ut

admonui. Hominem igitur agat: ac quæ ſibi contingunt/et frequentiſſime quidem / putet aliis accidere poſſe: dicatq; Terẽtianum illud: Homo ſum : nihil humani a me alienũ puto. Non multum plaudendum eſſet Buccardo: ſi aliqua poſt immiſſam a Pio lucem in Plautino codice emẽdaſſet. Repertoribus/ authore Plinio/ debemus: qui uiam nobis aperuere: inuentis addere facile eſt: ut paſſim dicitur. Qui ſibi fidet: dux reget examen. Inuentis addere facile.

Dinon pro fortuna poni.

Cap. CXVIII.

ARmen eſt Plautinum.

c Eſt uero Dinos quaſi pilas homines habens.

Diuerſam opinionẽ ἀχάλινος et effrenis Pilatus blatero blaterat in Pium / furioſo ſimilis et Antibatæ clauſis oculis pugnanti : interpretes inceſſit : q̃ fœtoribus ſuis nõ aſſurgũt. Rabiei. et maledicentiæ/ non rationibus innixus / Piũ carpit Apula canis: id ab eo expectabam ut rationes redderet: quare improbandus eſſet: eius opinionem dilueret : ſcriptorũq; receptæ fidei auctoritatibus ſuam muniret. Hoc conſueuerũt eruditi: ſic in Palladiis caſtris certatur: niſi ἀχάλινος. Antibatæ. Canis apula.

opinionem tuam ſententiam eſſe reris Pilate: et nomine Buccardi audito / tibi non ſecus ac Pythagoræ cuncti cædant: caput aperiant: uia decedant: uerba numerent: non ponderent: et rationem quærentibus reſpondeant: αὐτὸς ἔφα. hoc ē: ipſe dixit. uel id quod libro de ge/neratiõe et corruptiõe primo tradit Auerroes. non eſt credẽdum quod magiſter iſte aliquid ſine forti ratione dixerit: Rem dignam ſalibus. Philiſtionis.

Pythágoras.

Sales philiſtionis.

Aulidos et aulidenſes dici indifferenter.
Cap. CXIX.

N Eo carmine.
i Poſtq̃ belligerant Aetoli cũ aulidis.

Nugatur / clamitatq; more ſuo Pila/tus / legi nullo pacto debere aulidis: quoniam nec latinitas / nec uerſus ratio hoc patiuntur. Mirũ iudicem Buccardum: qui pro nutu de latinitate iudicauit. Si Tarẽtinis / Oſcis / Opi/ciſq; ſcriberet: ut Lucilius: ſibi bene ceſſiſſet: Nam ſine puluere et ſudore terga uerterent: te Buccardoq; ad omnia etiam / quæ in buccam

Tarẽtini
Oſci.
Opici.
Sciolus.

futili ſciolo ueniſſent aſſentirentur. Nos uero qui tanti Buccardæam auctoritatem: quanti caſſam nucem facimus: immo nucis culiocam: militare cum Pio uolumus nihil ſine magnis auctoribus aſſerenti. Satis ſuperque ſtudioſo fuiſſet: quod Merula Beroaldusque literarum numina: Aulidis/recognoſcerent: non Aulidenſibus: comprobantibus maxime exemplatibus omnibus quotquot legendi nobis facultas eſt oblata: Idem in reuerendæ uetuſtatis archetypo recognoui: cuius Pio legendi copiam fecit Lodouicus Geſilardus: iuuenis maſſilienſium morum/ac eruditionis nō protritæ. Sed ne aera uenemur et nutanti parieti incumbamus: a Stephano ſtandum eſt/libro de urbibus ita prodente. Ἀυλιδαῖον καὶ ἀυλιδαῖος nomen ethnicon ciuitatis Euboiæ traditur. Vnde miſellus/putidulusque lurco inter ſacrum et ſaxum redactus ſuſpendat ſe: aut manus det neceſſe/et literam longam faciat. Amplius nulla metricæ legi fit iniuria: Sex enim pedibus conſtat hoc carmen: ſi in dictione/cum/nihil abiicitur: id quod a Plauto/Plautique coætaneis obſeruatū mille in ſuperioribus exemplis aſſeruimus.

Nucis culioca.

Lodouicus Geſilardus.

Int ſacrū et ſaxū.

Litera lōga.

De Aulide ſcitu non indigna.
Cap.CXX.

PILATVS. Nã quod Pius interpres ſomniat dicẽs: Aulis inſula græciæ: finitima Aetoliæ: tantũ a uero diſtat: quãtum ipſa Aetolia atq; Achaia ab euboea dignoſcit abeſſe: quod ſane non minus exiſtimamus ſtadiis quatuor mille futurũ maritimo illuc trãſitu ꝓfecturo.

ACHILLES.

VOrſum iſthæc tam longo repetita principio? tot hercle furiis/ et inſcitiæ facibus exagitatur hic corax: ut in manifeſtis etiam/ et euidentiſſimis procumbat: et decidat. Tradens inſulam græciæ finitimam Aetoliæ non eſſe Aulida: ꝙ diſtat Aetolia ab Aulide quoniam maritimo tranſitu longe diſtet. Imperitiſſimum hominem/ et ex hiis uerbis ſupra crepidam iudicare neſcire declarantem: Quis enim ignorat Italiam et Galliã eſſe finitimas? quum tamem multæ Italiæ regiones: Galliæq; ciuitates ab Italia galliaq; diſtẽt. quum enim Achaiam Peloponeſſo iungi dicimus/ fines in aliqua ſui extremitate coniunctos habere ſignificamus. Iſtæ nãq; regiones: Aetolia/ Locri/ Peloponeſſus/ Achaia/ Arca/

Supra crepidã.

dia / Græcia/et Attica/etiam ſi mari diſtermi/nentur:finitimæ tamen appellantur. Quemadmodum Sicilia Italiæ finitima eſſe dicitur: quãuis interluente mari:ſiquidem eorum ora maritima altrinſecus finiẽte freto annectitur: quod ſi non eſſet: finitimæ nõ dicerentur/ſed annexæ:flumina nãq₃/et maris alluuiones:regiones urbesq₃ diſcriminant. Sicilia.

Deſubitontos uerbum eſſe plautinum.

Cap. CXXI.

IHil eſt immodeſtius hoc arroganti: furentiq₃ grammaticulo / priſcam literam pro libidine ſua conuellente: delente:tranſponente. Id quod euidens eſt in hoc carmine.

Conari deſubitontos agere tragœdiam.

Vbi perdelirum ſimul ac illiteratum ſenem utriusq₃ linguæ egentiſſimum Britanicum ſequutus:non/deſubitontos legit: ſed/deſubito nos:fatetur tamen grãmaticulus diobolaris ſe Diobolaris. in omnibus priſcis exemplaribus/deſubitontos animaduertiſſe.Quibus uerbis ſe falſarium liquido profitetur:qui cõtra priſcorum omniũ Falſarius codicum fidem/exemplaria ſimul ac maximos

duces Merulam Beroaldūq; deſpicere audeat: quorum ueſtigiis Pius inſiſtens / ſuffraganti/bus altrinſecus reuerendæ antiquitatis exem/plaribus/nihil immutare auſus eſt: quum præ/cipue in codice illo Geſilardæo: qui Baptiſtæ Guarini fuit/ſanctiſſimæ memoriæ uiri/et in utraq; lingua clariſſimi: deſubitontos: non de ſubito nos/characteribus ferme exoleſcentibus adhuc ſcriptum reperiatur. Nouerat deinde Pius quantum in hiis uerbis licentioſa fuerit antiquitas: quæ/toper/et antigerio/dixit: nec/non Plautus: ſimitu/pro/ſimul/donicum/ pro donec: antidea/pro antea: poſtilla pro poſtea: et mille huiuſmodi: quibus tā q̄ conſecratis uti debemus. Indulgeamus tamen grato diſcipu/lo: qui mendacium potius dicit/ q̄ mendacilo/quum præceptorem ſuū arguere/porcum tro/ianum ignorantiæ / et arborem formicoſam: qui nihil nouit/præter ignouit.

Baptiſta guarius. Toper. Antigerio. Simitu. Donicū. Antidea. Poſtilla.

Nullam metrorūm rationem tene/re deprehenſus Pilatus.
Cap. CXXII

d EFendo incomediſtici: ut priſci co/dices habent. Nec ulla metricæ ſtruc/

turæ iniuria fit : id quod hallucinatrix blatta Pilatus non agnouit:nihil tenens in quo ma/ xime ſapere profitetur . Carmen deducas / et manifeſtam hominis calumniã uidebis. Quẽ/ ȧdmodum in ſcenæ ſequentis principio. Ad/ uerte animum ſis. Vbi ſis / pro ſi uis/ exponit: quod à Pio et Saraceno non animaduerſum calumniatur : quum id ut friuolum/ac milies a Plauto repetitum prætererint : ſexcentiesq; alibi id Pius admonuerit.

Ergaſilus perperam a Pilato deduci. Cap.CXXIII.

n VLlo pacto futilis Pilati deductio in dictione ergaſilus recipienda eſt : ut pote quæ nihil ad eruditorum ſto/ machum faciat. Autumat enim amens/et in/ aniloquus iſte interpres ergaſilum dici ab ἔρ/ γον, quod opus ſignificat:et σιλλαίνω,arrideo. Id quanto riſu excipiendum ſit iudicabũt ſtu/ dioſi . Quippe quum Ergaſilus penultimam correptam habeat:et ſi a σιλλαίνω deflecterẽ/ tur : duarum conſonantium appoſitione lon/ gam haberet:quod quidem abſurdum eſt. Ergaſilus unde.

Itym eſſe Phaſiãnũ contra Pilatũm
Cap.CXXIIII.

PILATVS. Cæterũ non parum eſt mirari: et Piũ et Saracenũ interpretes noſtros Plautinos: quin etiam complurimos grãmaticorũ iſtiuſce ætatis:ſcribẽtes Itym Terei regis Thraciæ filium a Progne matre/et Philomela matertera ab ipſo Tereo uiolẽter oppreſſa eidem propinatum in Phaſianum conuerſum fuiſſe.

ACHILLES.

P II peculiare eſt ſequi maiorum exẽpla uirorum:Quum .n. Itys/nemine reluctante/pro Phaſiano recognitus ſit:eruditorum cõſenſum pro lege cenſuit:cui tãq̃ anchoræ inhæreret. Vnus tamen Pilatus inuentus eſt:qui Itym in carduelem mutatum fuiſſe ariolatur auctore nullo: quod eruditi uix defendent a riſu. Nos uero Seruii auctoritate contenti erimus/nitedulãq; iſthanc literariam rempublicãm arrodere conãtem/garrire permittemus: Audiamus igitur Honoratum interpretem in Buccolico ludicro ita ſcribentẽ. Poſtea omnes in aues mutati ſunt. Tereus in upupam. Itys in Phaſim. Progne in hirundinem. Philomena in Luſciniam. Vbi erudi-

Niteduła.

torum omnium ſententiam ſequutus eſt Ser/uius: qui Itym in phaſianum cōuerſum fuiſſe tradunt. Adde ꝙ nullibi reperies Itym in car/duelem mutatum: niſi apud Pilatum/Pilatiq́ꝫ ſimillimos. Nec de carduele minima auicula intelligi potuit a Plauto: utpote quæ in cibis minime admittatur: neq́ꝫ comparationi ſerui/ret poeta: quæ diſſentire penitus non debet. Tāta enim inter leporem et carduelem diffe/rentia: quanta inter lagona nanum/ et Ti/phœa centimanum: quanta inter Pilatum mi/nimum/et Pium maximum.

Cap.CXXV.

Quid garrit de Mullo Mullus iſte Ca/tullianus? An piſces omneis maximo cenſeri putat: ſi Mullus non erat uil/lis? Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, ut inquit Ari/ſtoteles: hoc eſt una hirundo uer non facit. Nec enim unius precium omnium arguit in/dicaturam.

Mullus catullia/nus.

Vna hi/rūdo uer nō facit.

Carduelis qui et qualis.

Cap.CXXVI.

Subdit grāmaticulorum deterrimus Pilatus: quidam aiunt ideo in Pha/ſianū uerſum Itym exiſtimare: quia

eà auis picturatarum ueſtium colores ſeruat: quibus uti regii pueri ſolebant: non minus de carduele dici poteſt: quæ itidem picta eſt. Soriſcinum hunc literatorem Nænia ſua/proprioq; argumento conuincemus: Tantũ enim abeſt ꝙ pictus ſit carduelis / hoc eſt diuerſicolor: ut omnino aureum eſſe confirmem: id quod Harpocration in Chironiis ad filiam hiis uerbis oſtendit. Sena eſt auis Iouis quam græci uocant Aſtragalinum: nos uero Carduelem: in capite habet penas rubras et aureas in alis: et uniuerſaliter eſt totus aureus colore.

Soricius literator.

Aſtragalinus.

Bitere quid apud Plautum ſignificet et betere: in quo Pilatum ſibi repugnare cõuincitur.

Cap. CXXVII.

ESipit betanizatq; adeo bliteus deſpicatusq; literator i uerbo bito: ut eũ elemẽtariũ puerũ prorſus exiſtimem. Betere nullo modo dici cõtendimus: codiceq; Marcelli: fidelia ac priſca exemplaria redarguunt. Nam Bito idem eſt quod/eo: et deflectitur ab aduerbio bene et ito: as: Reperitur et

Betanizare.

Bitõ qd.

apud Plautum milies/ Rebito:pro Redeo/et iterum eo:Miror autem/ misereorq; cerebroſum homulli huius cerebrum:qui negat Bito et Rebito reperiri:Satis erit ad diluendas illiteratiſſimi impudentiſſimiq; literatoris affanias Plautinum illud exéplum in Mercatore. At tu excuſato te feciſſe ſædulo:ad portum ne bites dico iam tibi. Rebitó.

Cui non manifeſtum eſt bites apud Plautum idem eſſe quod eas?Nec inficias imus Bito bitis indifferenter dici: ut eo is. et Bito Bitas ut Ito Itas. Alibi ſic obliuioſus iſte coruus/oſcitator Epicuræus hæc prodit. Non imbitas legendum cenſemus: ſed imbites pro inhabites uel introeas:uel imbita ut codices aliqui habẽt pro inhabita/uel itroi:quum ab ito: tas:compoſitum ſit imbitó/et primæ ſit coniugationis non tertiæ. Vide q̃ ſomniculoſus eſt/q̃ ſui oblitus/ſibi magis/q̃ Pio diſcors. Nimirum coruinam memoriam habet et lacertinam: fluxam uidelicet:fragilem/infirmam/infidelem, Ignoſco malæ ætati/et malo homini:q nõ ſapere ſed deſipe tenet:eloq peſſimus/male loq optimus. Sed dũ inſulſũ hũc cachinor:uereor ne ſuã mihi rubiginem affricet:contagioſa ue Epicuræus oſcitator. Memoria lacertina. Mala ætas.

tránſitione/rideam pariter illum ac rideat: ut pote qui ea quoq; ſecter/quæ euidentis inſcitiæ ſunt atq; calumniæ.

Laudare pro nominare a Pio retractatum.

Cap.CXXVIII.

VAle eſt illud. Teſtem laudo Egio. quod a Pio falſo ignoratum tradit: quum ab hinc quadriennium in annotamẽtis ſuis locum hunc retractauerit: quæ peruerſus calumniator diſſimulãter præterit: ne dentem dente iuuaret rodere.

Fidele pro fideliter.

Cap. CXXIX.

N Eo quoq; uerſu.

Fac fidele ſis fideli.etc.

Quã manifeſte inſaniat/hinc coniicere poſſumus:q/ſis/uerbũ interſerit:quum id uerſus et congrua loquutio non admittat. Nam quum fidele exponatur a Marcello pro fideliter:qua ratione dicetur? Fac fideliter ſis fideli.Id quod lapidei homonis/et ſaxei cõmẽtum eſt. Fidele fac fideli:legẽdum eſt:ut apud Nonnium legitur:neq; ulla uerſui fiet iniuria: ita enim deducitur. Fide.Lefac.Fide.Licaue.

Fidem. Fluxam. Geras. Cæterum ab hac de-
niq; ſcabie teneamus ungues.

Quid ſit Runcina: quotq; ſignifica-
tiones habeat enarratum.
Cap. CXXX.

IMPeritis medicis ſimillimus eſt ran-
cidulus iſte pædotriba: qui ad om-
nem ocularia ægritudinem uno utū-
tur collyrio. Idem et inſipientiſſimus Buccar- Collyriū
dus facit: quippe qui uno ſemper inſcitiæ ſuæ
telo eruditos petere nititur: ut aliqd ſibi glo-
riolæ aucupari poſſit: ſed illepide nimis, et in-
ſcite facit: nam dum carpere alios putat, carpi-
tur ipſe: quinimmo ſeſeipſum carpit: inciditq; Lucillii.
in adagii Lucilliani laqueum. Adagiū.

Nam qui ſeſe fruſtrari, quem fruſtra ſentit
Qui fruſtrat, is fruſtra eſt, ſi non ille ē fruſtra.
Id quod expreſſit Ouidius ita canens.
Si latet ars ꝓdeſt, affert deprehēſa pudorem:
Atq; adimit merito tempus in omne fidem.

Exiſtimat Runcinam unum tantūmodo ſi-
gnificatum habere: Ait enim Pium erraſſe, ꝙ
Runcinā ruſticanum telum ſignificare aſſer- Rūcina
uerit: Ignorans dictionem hanc triplicem ſi- quid.
gnificatū habere. Qđ iā ut obiter ſeniculum

præceptorem erudiamus: Sciendum Runcinam instrumentum eſſe, quo poliri ligna et læuigari ſolent: ut meminit Plinius: In quo ſignificatu uſus eſt etiã Hieronymus hiis uerbis. Artifex lignarius extendit normam et formauit illud in Runcinam. Præterea auctore Auguſtino libro quarto de ciuitate dei. Runcina Dea eſſe putabatur, quæ runcationi præeſſet. Sunt et Runcinæ et indiſcriminatim

Runcones. Runcones, ex auctoritate omnium eruditorum, agreſtia inſtrumenta ad ſpineta dumetaq; concidenda: de quibus in calce libri primi meminit Palladius ita ſcribens. Item falciculas breuiſſimas tribulatas: quibus filicem ſolemus abſcindere: ferulas minores:

Vuãgæ. Vuangas: Roncones: quibus uepreta perſequimur: unde fit uerbum Runcare quãuis etiam ad ex-

Exherbare. herbandum frumentum trahatur. Nũc etiam agreſtes Runcinam uocant extirpandis uepribus accommodum ferramentum. Vnde

Derũcinare. deruncinare Plautus ſubinde uſurpat pro diſſecare et runcando excidere, ac munditer excolere.

De Latomiis.

Cap.CXXXI.

PILATVS. Garrit primum Pius de nomi-
ne lithomias : quo ſyracuſanos appellare car-
ceres aſſerit:id quod prorſus falſum eſt.

ACHILLES.

QVID latrat Zoilus? Quid exclami- Zoilus.
tat Chenlus?proh Dii boni quæ im- Chenlus
peritiæ uoragines, et portenta : quæ
audaciſſimi hominis impudentia:qui dum ta/
xare Pium nititur ſeipſum manifeſtiſſime im/
probat, imperitiamq; ſuam accuſat : quippe
qui Syracuſanum carcerem latomias eſſe per-
neget. Notandum autem Feſtum Pompeium
Pium ſequutum fuiſſe : cuius hæc uerba ſunt.
Latumias ex græco et maxime a ſyracuſanis :
qui latomias et appellant, et habēt inſtar car/
ceris:ex quibus locis excifi ſunt lapides ad ex/
truendam urbem. Latomiæ etiam (ut inquit
Cicero)carcer eſt ſyracuſis lingua Siculorum:
in quas ſi qui publice cuſtodiēdi erant ex om-
nibus opidis Siciliæ deduci imperabantur.
Quod autē paulopoſt ait nuſq̄ in tota Niciæ
uita apud Plutarchū latomias legiſſe:uerū la/
picidinas : Haud mirū eſt ſi latomias in græco
Plutarcho, de quo Pius intellexit, minus legit

Pilatus: ut pote qui latine pauciſſima: nulla græce nouerit. Nam ſi i ea lingua aliquid calluiſſet: Latomias/ non lapicidinas reperiſſet: nullo enim pacto græce ſcribens Plutarchus dictione latina uti potuit: qui uero eum latine interpretatur/uſus eſt uoce latina: ut decuit: non græca. Quum uero in commentariis Pii ſubditur. Parũ deluxata demutataq; uoce lithomia/græcis lapicidina: nos lithomiam dicimus. Omnia ſunt eradenda: nec a Pio ſcripta unq̃ fuerunt: cuius rei argumentum eſt: q̄ idē paulo ſuperius hiis uerbis utitur/ quum quid

Latomia de hoc nomine ſentiret colligit. Latomias dici indicare uidetur Seneca libro declamationum nono: huius uerba ſunt hæc. Sabinus ab eo rogatus ut in latomias transferretur: feſtiuitur dixit: Nec nunc quemquã noſtrum decipiat nomen latomiæ: Illa animo meo lauta res eſt. Nonne ex auctoritate Senecæ docuit Pius latomias dici debere: auctoritate dein Varronis/ Ciceronis/ et Sidonii? in quorum uerbis citatis latomias Pius ſcribit/nō lithomias. Nec non in Pliniano illo exemplo Ariſtomenes ipſe quum uulneratus: et captus ſemel per cauernam latomiarum euaſit anguſtias.

Illic (ut palam eſt) latomiarum ſcriptum eſt a Pio: non lithomiarũ: poſtremo in ultimo loco apud Sidoniũ latumiis ſcripſit/non lithomiis: O/enim uertitur frequenter in : V: Proinde apud eruditos repio latomias/et latumias ſcriptum eſſe indifferenter. Hoc exemplo Angerona Buccardus fiat / et Harpocrates: mutire non audeat: Nam quæ ultimo loco aſſerũtur: pro concluſione ſunt/et ſententia. Quum uero ſuperius Pius inquit. Latumiæ dictæ ꝙ lithas temnite : hoc eſt lapis inciditur. Etymon ſcrupuloſiſſime non exprimit: ſed cauſam reddit: quæ et cur eſſent latomiæ: Nec aliter Pilatus ſentit cum ſuo deo Etymologico auctore ſicut non malo/ita nõ optimo. In fine autem expoſitionis huius perperam ſcriptũ eſt. Adde ſcribendum eſſe lithomia: ſcribatur in Pii cõmentariis / latomia / quod exemplum Sidonii ab eo citatũ probat: in quo latumiis a Pio ſcribitur. Euidentiſſimum nemini non erit in cõmentariis mendum eſſe: nãqꝫ ſi lithomia ſcribendum eſſe duxiſſet Pius: in auctoritate citata lithomiis quoque ſcripſiſſet/non latumiis. Procul igitur ſit profanus iſte literator/ et grãmatiſta reiculus (ut Catonis uerbo obiter utar)

Angeró/na.

Harpo/crates.

Reiculus

qui ob innumera furta / flagitiaq; in latomias impingendus eſſet: ubi laſſitudo omnis labore exigeretur ex corpore: ne Platonicam / Piamq; familiam in ſecretariis muſarũ / extimoq; mũdi dorſo placidiſſime uiuentem / furoris / temeritatis / et audaciæ flabris infeſtaret.

Paraſitos expapillato brachio ſolitos in ſcenam induci.

Cap. CXXXII.

PILATVS. Quod autem Pius ſcribit Donatum in Terentiano prologio recenſere Paraſitos induci expapillato brachio: et pallio altrinſecus in collũ iactato: nequaq̃ uerum eſt.

ACHILLES.

CONfingit / molitur / comminiſcitũr mille ſtrophas calumnioſus / uitioſusq; Buccardus: ut Piũ ex doctrinæ præſidio deiiciat. ſed incaſſum laborat miſellus: ac eiſdem tendiculis / quas captando Pio prætendit: ſeſe ipſum implicat. Ait ignariſſimus / propudioſiſſimusq; omnium qui ſunt / quiq; fuerunt / et qui poſt aliis erunt in annis Ecnomus deſiderari fidem in Pio / Donatum interpretem Terentianum aduocante: quod pallio altrinſecus in collum iactato inducuntur pa-

Strophas cõminiſci.

Ecnom9.

raſiti : idquod prorſus falſum eſſe contendit: quū illud in Donato non legatur:ſed ita propemodum. Serui comici amictu exiguo conteguntur : paupertatis antiquæ gratia : uel quo expeditiores agant. Paraſiti cū intortis palliis ueniūt. Quid. n. aliud eſt intortis palliis incedere paraſitos: q̄ pallio cōplicato:et in collum iactato/id quod fieri ſolet a properātibus. Nō uidit literarū ſcoria Donati ſentētiā a Pio/nō uerba citari:quam quidem ſexcenta Plauti et Terētii loca roborant:hæc præcipue Plautina uerba. Nunc certa res eſt eodem pacto ut comici ſerui ſolent:coniiciam in collū pallium. Scoria literarū.

Canterii Etymologia.
Cap. CXXXIII.

IN Dictione/Canterio/conuiciatur: ut aſſolet libitina uirulentus/maledicit/inſectaturq; Pium dicentem: Canterios dictos:quaſi cauterios:per unius literæ immutationem : Aitque hoc tāq̄ uanum et futile cenſendum : q contra Varronis interpretationem ſit : multa deniq; effutit : ſed adeo ridicula/adeo infaceta : ut auctore ipſo digna merito iudicentur : qui. M. Varronem minime percepit:Nam quum. M. Varro dixit Libitina. Cāterius unde.

canterios dictos/ φ ſemine carent : ad uerám et notam etymologiam alluſit: quæ eſt: φ canteri dicantur quaſi cauterii: eo φ candeſcente ferro deteſtentur: tuncq; ſemine careāt: ut doctiſſime implicatum. M. Varronis ſenſum interpretans Pius explicuit. Rem Varro innuit potius q̃ explicet: et quod ab eo relictum fuit ambiguum Pius minutiſſime cōſectatus enucleauit. Sed non poſſum me ā riſu temperare: dum Pilati affānias lego et acumen omni piſtillo retunſius: qui Varronem a Pio diſcrepare blaterat : quum Varronem minime percepertit. Quæ enim eſſet iſthæc canterii etymologia ? φ ſemine caret. non ſecus profecto ac ſi quiſpiam diceret: Veruex dicitur φ teſticulos non habet. Diſcat igitur ueruecinus et teſticulis ingenii priuatus Bucco dum ueteres auias ſibi de pulmone reuello.

De carne ueruecina/Petrone et ſectario Pōpeius enucleatus et defenſus.
Cap. CXXXIIII.

Miſimus nōnullas delirātis ſeniculi: et de utraque lingua peſſime meriti quisquilias: quibus illiberalis / ac pe-

cuinus homuncio liberos pecudibus adſcribit: Pecuius.
abortireq́ uerbum adeo ad canones grāmati- Abortire
cæ conſtringit: ut abortiuum facere cogat, ne
dicam mōſtrum: quæ cōſectari ſupinioris eſſet
ocii, et cordis excordis. Sunt enim huiuſmodi:
ut ſine puluere et ſudore certatoris terga uer-
tant, et in fugam ſe proripiant, ad auctoris ſui:
Clypeū ficulnū decurrētia. Nō uidit quū hæc Clypeus
ſcriberet carmen illud Epigrāmatici libro. vi. ficulnus.
Pullus abortiuo nec quū putreſcit in ouo.

Nec Hieronymū legit qui in quadā epiſtola
de hac re meminit. Idem in epiſtola ad Euſto-
chium. Nonnullæ cum ſe ſenſerint concepiſſe
de ſcelere aborti uenena meditātur, et frequē-
ter etiam ipſæ commortuæ trium criminū reæ
ad inferos perducuntur: homicidæ ſui: Chriſti
adulteræ: necdum nati filii parricidæ. Cæterū
peride ſupina minerua uti haud quaq̄ uiſum
eſt in expoſitione huius Plautini carminis.
Qui petroni nomen indunt ueruecī ſectario.

Multipliciter īquit hic beſtius Pium erraſſe:
et in primis ꝙ arietem a ueruece non diſtinxit.
O arietinū prorſus, et ueruecinū triuialem:
petronem merum, et heretinum: an ab ebore Hereti-
an a cornu ſomnia hæc temulente accepiſti? nus.

Ignoſco uitio:nõ quis obrueriet: Inuidia/ru-
bigoq; animi ſi quid in te iudicii fuit oblitera/
runt. Vbi infit Pius ueruecem eſſe arietem?
Nonne in commentariis Plautinis ueruecem
ab ariete differre admonuit? ut capum a gal-
lo:a uerre Maialẽ:et reliqua huiuſmodi: quæ
tu Pilate non fur/ſed trifur diſſimulanter oc/
cupaſti:ac pro tuis recitaſti. Nusq̃ quod equi/
dem legerim ex Pii uerbis habes/arietem uer/
uecem eſſe:niſi forte ſi a te incipiamus:qui ſo/
Retonſa cornua. lus et ueruex es et aries: ſed retonſis cornibus
et mutilis. Pius nãq; / ut ex eius commentariis
euidentiſſimũ eſt / ueruecem ab ariete diſtin/
guit:ita loquens. Lanii ueruecem/ſeu arietem
inſcitæ / et illiberalis carnis habentes / nomen
agni huic imponunt. Vnde nam/aut quo du
ctus argumento mutile ueruex collegiſti / Piũ
arietem cum ueruece cunfundere? Ex hiis uer/
bis minime: Immo ueruecem ab ariete diſtin/
Seu. guit:eſt enim particula diſiunctiua/ Seu:non
unitiua:ut pueris quoque euidẽs eſt. Quod ſi
confundere uoluiſſet:ita propemodum ſcrip/
ſiſſet. Arietem ideſt ueruecem: uel/Arietem:
ſeu/quod idem eſt:ueruecem:ut mos ſuus eſt.
Sed intelligere uoluit/ſi lanii habent arietem:

uel ueruecem : huic / hoc eſt alteri ex iſtis no/ men diuerſum indifferenter imponunt : ut uendibiliores ſint. Quod autem calumniaris Pilate: ueruecem non eſſe carnis illiberalis/ ſed gratiſſimæ: hoc quis negat bubo? Quum enim arietem / ſeu ueruecem illiberalis carnis Pius appellauit: non dixit omnem ueruecinam car/ nem eſſe illiberalem : ſed eam duntaxat / in qua lanii mentirentur : et quæ ueruecis petro/ nis aut arietis eſſet: uoluitq; epitethon tempo/ rarium eſſe/ non perpetuum ueruecinæ carnis: quis enim ueruecis petronis/ et annoſi carnem deteriorem eſſe chordo agno nõ nouit : quam ut uẽdibiliorem efficiant/ doloſi lanii iunioris agni eſſe fingunt: ſcientes uetuli ueruecis car/ nem fluidam/ languidã/ uietam/ et conſequen/ ter illocabilem exiſtere: quum agnus ille chor/ dus/ quem chordiſcum etiam uulgus appellat: ſemeſtris/ aut anniculus exquiſitior ſit/ atq; ſa/ pidior. Id uero quod Buccardus inquit : uer/ uecinam carnem gratiſſimam eſſe et exquiſi/ tiſſimam: a Philoxeno/ Apicio / ac cæteris po/ pinarum præfectis iudicium expetẽdum : Mi/ hi ueruex neſcio quid Buccardæum hoc eſt uiroſum et olenticetum ſapit: matrizareq; ui/

Vẽdibi/ lior.

Chordus Chordi/ ſcus.

Matri/ zare.

detur. Sunt qui uerba Plautina ad Romanum tractum referant: ubi illiberalis ſaporis uerueces eſſe creduntur.

Sectarius quid.

Cap. CXXXV.

q VVM ſubditur a perdeliro ſeniculo: Sectarium appellari agnũ, non quia illum ſectentur armenta: nebula, caligo, fumusq; merus eſt, et ſolita infaceti ſenis uaniloquia: quæ nullã in ipſo blaterone, bubulis exuuiis digniſſimo, eruditionẽ fuiſſe teſtantur: illum non Pio ſed Feſto Pompeio redarguẽte: cuius uerba ſunt hæc. Sectarius ueruex: qui gregem agnorum præcedens ducit. Quãobrem neceſſe eſt aut Pii interpretationẽ ſequi: aut Feſtum Pompeiũ præterire, et falſæ expoſitionis arguere: Id quod inſomnis excogitare nequiſſimi nebulonis, ac impudentiſſimi literatoris eſſe duco: nec prodigium ſit ueruecem agnos præcedẽtẽ ducere ut capũ pullos teſtibus amiſſis omnẽ maſculã uim deſpõdẽtẽ.

Exuuiæ bubulæ.

Maiuſiurandum græcũ eſſe.

Cap. CXXXVI.

ſ I SEderet animo mouere lapidem

omnem ſub quo hic ſcorpio deliteſcit: et impurus Onocrotalus baubatur: Cæcix uocari poſſemus: ut qui ad nos mala traheremus: ſed muſicorum lectorũ iudicio relinquimus: quale id eſt: quod Mὰ apud græcos iusiurandum eſſe negat: quod in ore omnium eſt, et redargui facillimum, hiis etiam, qui primoribus labiis helleniſmon attigerint: In qua quidem re pueris etiam græcarum literarum candidatis erit irriſui. Onocrotalus. Cæcias. Helleniſmon.

Manticinari pro diuinare Plautum eſſe uſum.
Cap. CXXXVII.

EGat deinde in eo uerſu.

n Nam hercle niſi tu mãticinatus probe hæc fuiſti, perito.

Manticinatus legi poſſe: et manticulatus ſubdit nullo ſenſu, nulla ratione: quum de furtis nihil intelligi poſſit. ſed de diuinatione. Senſus eſt enim loquente ſene Egione: hercle ſi tu diuinaſti filium meum rediiſſe, petito: æternũ tibi dapinabo uictum: ſi uera autumas. Poterat ſaltem fur furioſus et Buccellato minoris Buccardus animaduertere: hic nihil eẽ, quod ad furta referri poſſit: et ſequẽtis carminis ad Manticinatus. Dapiare. Buccellatũ.

mõneri potuit: Manticinatus legendum eſſe: non Manticulatus: ſi cor / et aliquam literati hominis ſpeciem haberet.

In fundis fœde lapſum Pilatum.

Cap. CXXXVIII.

FFundit ſolitum uirus et peſtilẽtem animam Pilatus quum de Fũdis uaſis fit mentio: ſuaq; illa proculcata: et protrita grãmatiſtice Pii ſanguinem / ac medullam eruere ſe credit: ſed factis procul / uerbis tenus: quæ quidem nihil Pium offendunt duas opiniones prodentem: quarum alteram tuetur hic Grummio / ne dicam Grunnio: grũnitu ſuo cuncta referciens / contaminans: Plautum adulterans / nouas dictiones inferẽs O peſtiferum malum / et eruditis minime ferendum.

Grũmio

APOLOGIA IN PLAVTI CAPTIVOS FINIT.

ACHILLIS.PH.BO. APOLOGISMVS QVINTVS IN CISTELLARIAM CONTRA PILATVM.

Crepundia quæ ſint, Arrogansq; Pilatus repercuſſus. Cap. CXXXVIIII.

IVS i expoſitiōe huius uerſus. Nā hic crepūdia iſunt quibus cū te illa olim ad me detulit. Crepūdia interpretatus eſt cunabula: ita uocata, ꝙ inter motandū crepant. Momus tamen, ac Timon Miſanthropos Buccardus intēperiæ plenus, et iſcitiæ putauit ꝑ cunabula cunas a Pio itelligi: differētiā (proh rē ridiculā) nō tenēs iter cunas et cunabula magnus Ariſtarchus, tot annis in uocabulariis et annotationibus i Alexādrū de uilla dei uerſatus: quū infantiles lectuli dicantur: de quibus epigrāmaticus Poeta. Miſanthropos.

Cunarū fueras motor Charideme mearum.

Cunabula uero, ſeu, quod idem eſt, incunabula: ornamenta, munimenta, inſtrumenta: quæ fouendis infantibus et oblectandis adhiberi ſolent: ut Crepitaculum, Securicula: Crepitaculū.

Enſicul⁹ Succula. enſiculus/ſuccula: de qbus affatim Plautus in rudente. Cunas a cunabulis/ſiue incunabulis differre docet hiis Plautus in truculento.

Faſciæ. Faſciis opus eſt puluinis: cunis: incunabulis. Cunabula autem et incunabula eſſe idē docet Liuius ita ſcribēs. Ab incunabulis ībutū odio tribunorū: et Columella eadē figura loquēdi utēs inqt. A primis cunabulis liberis parētibus oriūdus. Quū uero crepūdia Pius a crepando deduxit: ꝑ hoc non habes ex ſterqlinio effoſſe

Lūbricus ex ſterq/linio. lūbrice/cunas ab eo ītelligi: ſed crepitacula: et puerilia illa munuſcula: quæ attrectata a puerulis interluſitādū ſtrepūt. Nō tamē omnino negauerī cunabula ꝓ lectulis puerilibus accipi: ſed non ſemp: id qđ minutiſſimus iſte ſter/

Stercu/tius. cutius ſolas feces/ꝓtrimētaq́ ſcholica indagās attigere nequit: numerādus eſt etenim īter eas aues: quæ humiuolæ dicūtur. Hierōymus tamen in obitū Paulæ crepūdia cunabulaq́ cōfundit ita ſcribēs. Alii altius repetāt: et a cunabulis eius/ipſisq́ (ut ita dicā) Crepūdiis matrē Bleſillā et togatū ꝓferāt patrem.

Finit Apologiſmus in Ciſtellariam
Achillis. P. Bochii.

SEXTVS

IN EPIDICVM EIVSDEM ACHILLIS APOLOGIA SEXTA.

De pedibus pulmoneis halucinatum eſſe Pilatum: perperāq; et Plautinū codicem percepiſſe et emendaſſe.

Cap. CXL.

VRCIDVS / BLITeusq; Pilatus / illaudatum monſtrum quāta feratur audacia / effreni / impudenti / temeraria: iudicent uolo hii: qui Epidicum Plauti: et in ea fabula peculiariter hunc uerſum legerint. Murcid[9] Bliteus.

Dii immortales ſocio iuſſi ædimere pedibus pulmones.

Ipſe inuertens / et pro libidine ſincerum uas incruſtans ita corrumpit.

Dii immortales ſoccos iuſſi ādimere pedibus.

Pulmo enim.

Dii boni quanta obnubilātūr inſcitia: quot Horeſtæis facibus inquietatur hic Tabanus: Tabāus.

ſui impos: cæcus/amens: amans Laruatum ac ſomniorum/ut phanaticus oeſtro/quem per/cuſſit Bellona ſuo diuinat in ſtudioſorum pniciem / peruertens omnia et attaminãs/abſq; eruditorum iudiciorum fultura/et priſcorum codicũ adminiculo: nulla rationis habita ratione. Quis enim fando audiuit pulmonem uenire/aut incedere? quod non ſecus a latinis dicetur/q̃ auriculam aut naſum incedere/aut lapidem moueri: quæ ſemiſobriis etiam miracula ſunt: Pilato autem temulento: et ebriaco minime: qui quum ſubinde madeat / et Baccho colluctetur / parietes undare credit / mo/ueri colũnas / geminasq; lucernas aſſurgere. Apagete plagoſum hũc Orbilium/tribunũq; uapularem: ac eius orationem ſine ratione/loquentiam ſine eloquentia prætterfluere ſinamus: crepitibusq; uẽtris aſſimilemus. Nihil.n. noſtra intereſt an ſurſum an deorſum uergãt. Quod ſi pro nutu ſuo in Plautinum codicem audere liceat: uel auctore Pio ſic carmen illud ſcribendum curaremus.

Dii immortales ſoccos iuſſi adimere pedibus pulmoneis.

Pulmones etenim pedes appellat tardos: uel

ab hūmano pulmone:qui nos à celeritate co-
hibet : uel/ quod potius duxerim/a pulmone
piſce maritimo/tardo / ſegni/languido / uixq;
uiuenti:cuius naturam ſpectans Plato : iner/
tes/et parum diuinæ rationis habentes ſimiles
eſſe tradit pneumoni: hoc eſt pulmoni mari/
no:qui ἀλιπνεύμων appellatur a græcis. ἀλιπνεύμων.

Quid Phileros de Hermolao cenſeat/et
an errauerit in dictione murcidus.

Cap.CXLI.

MIſimus nonnulla:in quibus ſimius
o iſte bucculentus/ut aſſolet conuicia/
tur:ea nullius ponderis / aut mométi
cenſuimus quæ ſcire nō eſt operæpretium. ſed
a riſu me uix abſtinui : quum Venetum Her/
molaum / bellutum iſthunc grāmatiſtam de/ Bellutus
fendere nitētem animaduerti.Nō tali auxilio: grāmati/
nec defenſoribus iſtis tempus eget.Reuiuiſcat ſta.
Hermolaus : mallet enſe Piano mori:q̄ ſub i-
bellis effœminatiq; Buccardi clypeo deliteſce/
re:nec lōgis in cauſa Hermolai opus eſt ābagi/
bus. Si/Murcide hō/apud Plautū legit Her/
molaus:uiro erudito applaudēdū ē:ſinamusq; Cū mor/
Pios manes qeſcere:nobis pax ſit cū mortuo. tuis pax
Sin uero Muricidū a cædēdo muro/recogno- habéda.

uit: ut nonnulli eiuſdem codices præferũt: uel inuito Pilato lapſus eſt Hermolaus. Cle/mẽtes ſimus tamen: et apud Hermolaum ma/ximum literarum antiſtitem: Murcide lega/mus: non Muricide: quo fiet ut Pius et Her/molaus unanimiter congruant: is enim ma/gnus fuit: ſed tamen homo: quem plurima ſciſſe dicimus non omnia.

APOLOGISMVS IN PLAVTI EPI/DICVM FINIT.

IN PLAVTI BACCHIDES ACHIL-LIS.P.BOCHII APOLO-GIA SEPTIMA.

Cōmentariolos Pilati ſegeſtrium uſum præſtaturos et cucullorum. Inibiq; inuertētem Plautinū codicē inceſſit.

Cap.CXLII.

DEO FERTVR CAEcus: ac bruto pecori ſimilis īcaſsū hiat:ut ea quæ euidētiſſime falſa sūt,ꝓ ueris aſſerat.quēadmodū patet ſuꝑ illo uerſu/i Bacchidibus.

Inde de hippodromo et paleſtra ubi reueniſſes domum.

Mētitur nugaciſſimus literator Pium in Hippodromo corrigere:idem mentitur in ſuperiori uerſiculo.

Idq; ubi obtigerat, hoc etiam ad malum arceſſebatur malum.

Vbi Pius nihil loquitur:niſi ex ueterum exēplarū auctoritate:quæ ipſe ut cōſecrata iāpri

dem:et à uiris maximis cómprobata ſequutus nec quicq̃ pro nutu/auſuq; temerario/ut Pilatus/ inuertere molitus eſt. Adde legendum eſſe/in hippodromo/ut in priſcis codicibus legitur: præſertim id exigēte ſenſu/uerſuſq; placitis minime refragantibus. Pilati igitur gloſſulas/ut maledicentiæ ramenta/et quisquilias proiiciamus: aliquando tamen non omnino futuras incōmodas: quum ibimus quo ſaturi ſolent.

Quo ſaturi ſolēt

Hallucinatur amentiſſimus Pilatus lectionem publicam improbans.

Cap.CXLIII.

PILATVS. Optimum eſt ſcribi debet/ ratione uerſus ita exigente. Nam neq; opertum: neq; apertum / ut corrigit Pius / hic ſtare poteſt: niſi uerſu claudicante: quod quidem Pius ipſe omnium ignariſſimus non uidit.

ACHILLES.

Egregia demētia.

GRegiam homunculi hallucinantis dementiam admirari profecto nō eſt ſatis: qui nihil nouit/præter ignouit: nāq; ſi uera autumaret: a Piſtoclero benefactum eſſe comprobaret Mneſilochus: id

quod tamen in tota ſcæna improbat: omnium quidem ignariſſimus eſt Pius: in quibus peritiſſimus eſt Pilatus: qui ſolas nugas/ et literarum quisquilias callet.

Quid ſit ramentum uel ramenta contra Pilatum.

Cap. CXLIIII.

PILATVS. Ramenta fiat plumea propenſior. Cur Pius corrigere uelit/ et ſcribere plūbea/pro plumea cōtra omniū codicū ſcripturā non uideo: quid enim obſtat/quo minus etiā plumea ramenta dicamus? quum uelit. etc.

ACHILLES

n IHil eſt hoc tenebrione ignarius/ futilius / illepidius / qui pluma leuior: plumea legit: quum non plumea/ſed plūbea ſcribi debeat: quippe ramētā ſunt metallica: quemadmodū apud Lucretiū libro. vi.
Et ramenta ſimul ferri furere intus ahenis
In ſcaphiis.
Proprie enim loquendo ramenta dicūtur metallorum: nec pluma propenſiorem facere poteſt: id quod ad metallum attinet: ut idem paulo inferius oſtendit Plautus hoc uerſu.
Ramenta fiat grauior/aut propenſior.

Et ibidem quum de pecūnia loqueretur.
Patri omne cum ramento reddidi.

Minime igitur legendū eſt ramenta plumea: ut Mneſilochi hic ſenſus ſit. Mallim me fore mendicū/ q̄ illa unq̄ de meā pecunia fiat propenſior/ hoc eſt grauior ramenta plumbea: quemadmodum alibi dixit Nummo plūbeo: Nam quid propēſior dixiſſet: niſi plūbea ſcriberetur? quum plumæ proprium ſit leuē eſſe: plumbi uero graue: quæ ſues etiam/ et gracculi nouere. hæc attamen doctorum iudicio relinquimus: cum Pio ſentit Beroaldus.

Pilatum claudicare et mente
et ingenio.
Cap. CXLV.

ARmen eſt Plautinum.
c Tum cū mihi nihilo pluris referet.

Quod non ita ſcribendū eſſe ait Pilatus: metri et ſententiæ habita ratione. Ridiculoſiſſima ac Philiſtionis ſalibus digniſſima mediusfidius res eſt: nam dum alienorum pedum anxius nimis/ et ſollicitus eſt egregius hic nebulo (ut Geliano uerbo utar) mente ſimul et ingenio claudicat/ uerſus ac omnia claudi/

tate exiſtimans: Arquatis ſimillimus: qui quæ- Arquati.
cũq; uident/lurida illa eſſe rentur.

Fruſtra ignariſſimum Pilatum ſup-
plere pedem in Plauto.
Cap.CXLVI.

PILATVS. Miſera excruciatũ inopia: ad-
dendũ eſt uerbũ illud miſera / ad uerſus inte/
gritatem: aliter unius pedis defectu claudica-
ret: quod Pius non uidit interpres cæcus.

ACHILLES.

ICat unde hoc addẽdum putat præ-
d rancidus grãmaticulus: aut unde no-
ua Plautinum codicem dictione in/
nouare didicit. Sed iam taceat/nec uerbũ qui/
dem hiſcere audeat: quippe quũ et. P. Beroal/
di/et. G. Merulæ auctoritas tutiſſimo Piũ te-
ſtimonio defenſet: qui nihil ſuperaddere ipſi
quoq; unq̃ auſi ſunt: niſi quod forte in priſcis
codicibus inuenerunt. Atqui inuoluolus hic Inuoluo/
inſcitiæ ſeſe foliis implicans: pro animi ſui ſen- lus.
tentia (ſi modo animum habet) ut nouus Ari-
ſtarchus cælitus miſſus/quæ non probat dam/
nat/inuertit/immutat/et pro libidine aduen/
titia uerba ſuperaddit: antiquitatem minime

reuentus: quā tot eminentiſſimi a Plauti ætate ad hanc uſq; diem uiri/obſeruātes/uſq;quaq; coluerunt: quorum nominibus aſſurgere uix dignus eſt Pilatus: ne dicam πηλὸσ, cœnum: et ſordes literarum: qui poſt Pium ſcripta Pii ſcripſit/et edidicit: gloriolæ ſcholaris animal: et popularis auræ uenale mancipium.

πηλὸσ li/terarū. Mācipiū uenale.

De uerbo anteuortere: in quo Pilatus codicē Plautinū conuellit.

Cap. CXLVII.

PILATVS. Rebus aliis anteuortant Bac/chis quæ mandas mihi: quis non miretur ob/tuſum Pii ingenium: qui contra rectiſſimum ſenſum carminis/ſcripturamq; codicum anti/quorum: anteuortam/corrigit.

ACHILLES.

q VIS Non miretur ſolœciſtæ barbari ingenium: pultariumque cerebel/lum? Quinimo ex eruditorum om/nium conſenſu / Anteuortam corrigendum fuit: ut Pius interpretatur: nam ſi/anteuortāt: ſcripſeris: quis tum ſenſus erit? Nullus hercule: quū Bacchidem alloquens Piſtoclerus/ſe om/nibus rebus præponere uelle ait (id nāq; ſigni/ficat anteuortere) ut Mneſilochū requirat: et

ad Bacchidem ipſam adducat: Mneſilochum enim amicum Piſtoclerus ei peculiarem inuenerat. Sed dic/oro te/ ω̃ clancularie literator: quonam ductus argumento anteuortant legis? Neſcin Piſtoclerum de ſe loqui/fieriq́ ad Bacchidem apoſtropham? Neſcis equidem: Inter catagelaſimos igitur non ſolum habendus es: ſed ueluti temulentus, ἀλόριστος: Ithiphallus a pueris lapidibus/et cucullis inſectandus/et impetendus. Clancularius. Catagelaſimi. Ἀλόριστος:

Frigide nimis ab eodem Plautinum deluxari codicem.

Cap. CXLVIII.

PILATVS. Neq̃ iſtiusmodi hominis: Addendum iſtiusmodi/neceſſitate metri: cui pes unus deficeret: et etiam ſenſus concinnitate: quod a Pio non eſt uiſum.

ACHILLES.

Vis hoc tibi dixit homulle omnium
q arrogãtiſſime? An forte per ſomniũ:
ut Ennius Homeri: Plauti animam

uidiſti/audiſtiue hæc tibi narrãtẽ? Inſulſiſſime gluto/oppidanorũ rubigo dentium: ne hiſcas: neue ſtimulũ pedibus incurras: ſiquidẽ. P. Beroaldus/nec nõ. G. Merula cũ Pio ſentiunt. Gluto.

Spondæum non abnui in ſtruc-
tura iambica.
Cap. CXLIX.

PILATVS. Amas. Ex ueteri codice et uer-
ſus neceſsitate: et nõ clamas: ut Pius legit.

ACHILLES.

Immo de hoc Pius nihil palam men-
daciloque Bucco: ſed Clamas legen-
dum omnino eſt: ut ſuperiori car-
minis ſenſui conueniat: præpoſui. enim.
Etiam ne ultro tuis me proiectas probris.
Cum Pio Beroaldus et Merula ſentiũt. Ad-
de ꝙ ubi debet eſſe Iambus/nihil uetat inſeri
ſpondæum. Vnde a Terentiano dictum eſt.
Vitiant Iambum tractibus ſpondaicis.
Et ab Horatio quoqꝫ.
Spondæos ſtabiles in iura paterna recepit.

De dictione oculiſſimo: cuius ſignificatũ
ridiculoſus admodũ Pilatus ignorauit.
Cap. CL.

PILATVS. Sorores: ex ueteri codice: et uer-
ſus ĩtegritate: quod Pius oculiſſimus nõ uidit.

ACHILLES

Craſſus agelaſtos

REM ridiculam / et nimis iocoſam:
quæ uel Craſsũ Agelaſton ad riſum

cieret: Quid enim impuriſſimo hoc nebulone ridiculoſius? qui oculiſſimum Pium appellauit: exiſtimans oculiſſimum ſignificare idem quod oculatiſſimum. Quandoquidem Oculiſſimum uel auctore Pompeio cariſſimũ nuncupauerunt: oculatiſſimum uero perſpicacem. Nec refert utrũq; ab oculo deriuari. ſeruanda eſt enim i uerbis proprietas: et ad eruditorum auctoritatem (ut inquit Diomedes) tãq̃ ad anchoram decurrere præſtat. Oculatus autem (a quo occulatiſſimus fit) et oculeus idem ſunt. Plinius oculatiſſimũ locum: ut Beroaldo placet: appellauit occultiſſimum, ſecretiſſimũq;: quãuis per contrariũ oculatiſſimus dici poſſit manifeſtiſſimus. Oculiſſimũ uero pro oculatiſſimo, hoc eſt luminum populoſitate (quod ait Fulgentius) munitiſſimo nũq̃ reperies: niſi apud Pilatum: cuius eruditio nulla, inſcitia et temeritas multa, et ea maxima: Atqui oculiſſimum cariſſimum ſignificare ſemper compertum habemus: cuius rei teſtis eſt Plautus latinæ linguæ delicium: oculiſſimũ hoſtium amice uocitans. Ficoſiſſimus hic ergo (ſi placet tibi Minerua) audet inter choros muſarum arrepere: et quum ſe Argum totum oculeum

Populoſitas luminũ.

Phineūs putet/Phineus eruditis uidetur:et ſi quid Phi/neo fuit exoculatius : qui ſi ſaperet/quum ſe Democritum eſſe perſpiciat/Gorgonas imita/retur:quæ oculos habebant exemptiles : quos per uices commodabant.

Gorgões Oculi ex ēptiles.

Extentare non exenteráre in Plauto ſcribendum:in quo Pilatus non mediocriter errauit.

Cap.CLI.

PILATVS. Alieno exenteres ſuū ius oſtio. Ita ſcribendus eſt uerſus habita metri et ſen/tentiæ ratione:quæ eſt ut dicat:qui exenteres: hoc eſt effodices. neqꝫ alieni iuris tu extentes hoſtium : ut inquit Pius contra uerſus conſi/ſtentiam et apertum intellectum.

ACHILLES.

Piſonia/nū uitiū.

p ISoniano uitio laborat Pilatus: lo/qui enim neſcit et tacere non poteſt: quinimmo portēta uomit. nā exen/terare dicitur entera hoc eſt iteſtina effodere: id quod non conuenit hoſtio ut pote quum quis percutiens fores:exteriorem partem/non internam lædit:prima nāqꝫ eſt quæ inter pul/ſandum læditur ſuperficies. Cum Pio ferme Beroaldus.

Iambicos uerſus claudicare.

Cap. CLII.

PILATVS. Dein meo ſodali. Addendum eſt/meo/ex ueteribus codicibus: et metri neceſſitate. Nam aliter uerſus claudus eẽt: quod Pius quidem non uidit.

ACHILLES.

c VM Pio Beroaldus ſentit. Et ſuperius ex Terentiani teſtimonio Iãbicos claudos eſſe probaui: et tamen uerſus ſunt. Quin inceſſendos merito ducit Hermolaus audaculos omnes: qui Plautinos ſales lege metrica nitũtur inuertere. An tu homo non es Pilate: q̃uis mente claudices? Homo quidem licet æquiuoce: ut pictus: marmoreus: luteus: et imago imaginis. Homo æquocè.

Temerarius et mendax Buccardus.

Cap. CLIII.

PILATVS. Corbibus: ex antiqs codicibus.

ACHILLES.

a NTiquos illos nũc ꝓferat codices: q nulli ſũt. Proh pudor hominis et audacia: q cũcta iuuertit/et interpollat: Nõ diſpiciens/ſi ſequens Hemiſtichiũm ita legatur/nullum ſenſum habere.

Cap.CLIIII.

PILATVS. Magnæ: ex codicibus anti/quis: et ſententiæ concinnitate: et nō Mane: ut legit Pius.

ACHILLES

Hoc ante te Pius uidit deſpicatiſſi/me grammaticule: cuius rei teſtem citat Franciſcum Tiſſardum Amba/cæum: quo duce tāq̄ ſole rudimenta græcanica peragrauimus: nuncq; ob egregias eius uirtutes Angoliſmorum comitis (quem Delphi/num Galli appellitant) iuris aſyllū/cuius mo/res nedum literaturam tenellus adhuc rigua aure et mente bibi/ut obiter Architrenii uerbis utar. Ioannem Paulum Ferentillum/uirum et græce/ et latine ſtudioſum eruditūq;: et mihi ſingulari conſuetudine fœderatum/nec minus Vldaricum Croatum: quibus familiariter ex/cipiētibus ut pote cōtubernalibus: et alumnis Pius ſales Plautinos euoluebat/ac enodabat.

Frāciſc⁹ tiſſardus

Io.Pau/lus ferē/tillus.

Vldaric⁹ croatus.

Sexcenta tanta ac tantū recte dici.

Cap.CLV.

PILATVS. Sexcenta tanta reddam: Ita ſcribi debet ex codicibus antiquis: et recta grā/

maticæ lege. non ſexcenta tantum/ ut Pius interpres mucidus legit.

ACHILLES.

a FFER/ ſodes/ mucide/ et putidule grãmatiſta priſci huiuſce codicis teſtimonium: tibi fides nulla adhibetur. Dicas præterea (ſi placet) quæ grammaticæ lex Pii ſententiæ repugnabit? Sed quid ego Buccardæas affannias/ ineptiasq́ ſequor? Valeat igitur ſus Beotia: ſolœciſtes: barbarus: iter latinos græcus/ inter atticos latinus. Mucidus Sus beotia.

Achillis. Ph. Bochii Bononiẽ.

In Plauti Bacchides

Apologia finit.

EIVSDEM APOLOGISMVS OCTAVVS IN MOSTELLARIAM CONTRA PILATVM.

Moſtellariam a monſtris non a muſtella deflecti primũ aduertiſſe Pium: Pilatusq̃ furti et ĩpudẽtiæ accuſatus: q̃ ſeriẽ totiuſq̃ comœdiæ ſtructurã ĩuertere auſus eſt.

Cap.CLVI.

PILATVS. Moſtellaria comœdia hæc uocatur deducto ſcilicet nomine a monſtris: quæ Tranio ſeruus ſentiri in ædibus finxit.etc.

ACHILLES.

Harpya. I VNIVERSA ET PENE innumera furaciſſimæ iſtius harpyæ et manifeſtaria furta proclamare ĩ animo ſedeat: ſtrictimq̃ ac ſũmatim ea recenſere collibeat: erit hercule libyci uelut æquoris undam dicere quo multæ zephyro turbentur harenæ. ut

inquit Virgilius. Quo fit, ut, quod in principio operis pollicitus fueram (me uidelicet furunculi uelle ablata omnia propalare, atque detegere) nunc ſecus, quodam ueluti compendio utens, facere decreuerim. Nam ſi qua doctis auribus digna ſcripſit, ea commentariis Pii dictantibus edidicit. Nec me quidem fallit ſtercoreas ex ſuis et quidem multas commentationes addidiſſe: quas, uel aſelli legentes, Buccardæas eſſe facile iudicabunt: ſiquidem a Pilati commentariolis tantum diſtant Pii ſcripta: quantum a tenebris lux, a nigro candidum: ab inferis ſuperi. Nam dum alienis ſeſe pennis ueluti Gracchulus Aeſopeius cōdecorare ſtudet: ut Iunonia cũctis uideatur ales: quæ gẽmis caudã ſtellantibus implet: Argus plane a Mercurio ſoporatus et decollatus: turpiſſimaque cornicula detegitur: miſerrimus mortaliũ pro ludibrio a cũctis habetur, furcifer nedum, ſed trifurcifer agnoſcitur: in ius obſtricto (quod aiunt) collo trahitur: ubi flagitia ſua dedecoroſiſſime fateri cogitur: inuiteq; q̃uis, iure tamẽ cogẽte: cõfiteri publice, ac dicere ĩpellitur: ꝙ Plautum deluxauit, peruertit, immutauit: ex furũculo carcinoma, ex pernionibus poda-

Ales iunonia.

Argus decollatus.

Trifurcifer.

Carcinoma.

Perniões

gras faciẽs. ſi quid prærerea ſcitu dignũ ſcrip-
ſit/id omne multiſcio Pio: ut de illo creſceret:
ſubfuratus eſt/ ac pro ſuo edidit. Quis enim
Moſtellariam a monſtris dictam eſſe oſtendit:
niſi Pius? Cæterum quum ubiq; temeritati:
ignorantiæq; ſuæ plurimum licere uoluerit: in
hac præcipue comœdia inuoluolum imitatus:
Plautũ/ ſecũq; Plauti ſtudioſos inuoluit: uer-
ſus innumeros pro libidine radẽs/ nouos adii-

Somnia per ebur non per cornu.

ciens/ dictiones ſomnians/ per ebur certe non
per cornu uenientes: quæ ſi bonas horas male
collocare uolens quis leget: nihil feculentius:
nihil putidius ſue iſto/ per ignorantiæ uoluta-
bra ſummerſo/ reperiet. Sed quid ego inani-
ter hic loquor? quid moror? Editi ſunt a Pio
iam olim commentarii. ſi quis anceps eſt/ et
uerbis meis fidem fluxam adhibet: oculo ſuo
credat: certiſſimo dubietatis arbitro. Illud at-
tamen recognoſcant omnes non emendatam
a Pilato fuiſſe Moſtellariam: ſed tranſcriptam
potius: id omne dictante Pio in fine cõmen-
tarii ſui in eandem fabulam. Credidit faba-

Mydas fabaceꝰ.

ceus hic Mydas ſæculo uerba dare/ et cornicũ
oculos eruere: poſteros ipſos tãti faciens/ quã-
ti ipſe fiet a poſteris.

Pilati hallucinatio.
Cap.CLVII.

PILATVS. Et inde primum emigratum eſſe id eſt ex ædibus Teuropidæ uſq; a principio diſceſſum. et addendum eſt uerbum eſſe metri neceſſitate: nam pes unus deficeret.

ACHILLES.

q Vum ſuperius affatim, multiſq; auctoritatibus ãnotatum a nobis fuerit M. elementum uocali ſequente non abiici: Eſset mea quidem ſentẽtia ſuperuacuũ eadem ſæpius repetere: quæ ſemel ſatis dicta ſunt. Quamobrem itidem ut in cæteris, Pilatum eruditione omni maxime denudatum: expilatũq; omnibus eſſe patebit. In hoc enim carmine nullibi uocalis ante. M. abiicitur.

Alia eiuſdem hallucinatio.
Cap.CLVIII.

q VEmadmodum paulo inferius in eo uerſu.

Acceptũ ſuũ dicit pignus ẽptis ædib9.

Pilatus, nec quidem pili faciendus uni, codicẽ promiſcuum (ut aſſolet) inuertit, et obliquat ita ſcribens.

Acceptum inde dicit ſeruus emptis ædibus.

Quinimmo nihil addendum aut interpollandum Merula Beroaldusq; cenſent: non adeo ſcioli/aut audaculi: tũ ꝙ in omnibus exẽplaribus ita legitur: tũ ꝙ ſola unius dictionis ſedes erit mutanda/ut uerſus conſiſtat/ſic.

Acceptum dicit pignus ſuum emptis ædibus. M: non excludetur: quũ correpta ſit præcedẽs uocalis: de quo ex Priſciano: antiqs in ſupioribus affatim: id qđ excors Pilatus et amẽs non aduertit. Sẽſus hic ẽ. Seruus Trãio dicit Teuropidi pignus/et Arrabonẽ: quo ſubarrata fuit domus Simõis/eẽ ſuũ/hoc ẽ eius Daniſtæ.

Buccardææ opinioni non adhærendũ.
Cap. CLIX.

PILATVS. Pol te ruri ſi uiuã. Ita legẽdum eſt ex codicibus ãtiquis: et nõ/Pol te ruri cẽſes eſſe. Vt Pius/ac item Sarracenus interpretes legunt nullo cum recto ſenſus intellectu.

ACHILLES.

PROfecto nõ eſt ſatis maximã hominis audaciam admirari: qui codicem peruertit: et pro libidine ſincerũ uas icruſtare cupit. Facilior etenim ſenſus erit nihil mutando/Piiq; ſententiæ adhærendo: cui Beroaldus et Merula congruunt.

Incruſtare.

Nidoricupinam uocem eſſe Plautinam : et qd apud Oratiũ ſignificet nidor.

Cap. CLX.

PILATVS. Exi inq̃ nidore culina. Ex priſcis codicibus e culina ſcribẽdum eſt: et ex ſententiæ cõgruitate et uerſus ratione. Et nõ Nidoricupina ut Pius barbare corrigit et expõit.

ACHILLES.

ON Mirum eſt ſi elegantiæ haud n quaq̃ Pilatus applaudit : quippe cui barbara ſint omnia, quæ haud triuialem ſitum redolent. Senſus congruit : nec legi quidem carminis derogatur. Quod autem paulo inferius ait meras nugas eſſe et hominis deliria, nidorem Horatio pro riſu capi eo uerſu.

Duci uentre leuem naſum nidore ſupinor.

Nullum mehercules apertius īſcitiæ, et temeritatis argumẽtum, teſtimoniũue eſſe apparet illiteratiſſimi huius grãmatiſtæ: qui nidorẽ ab Oratio ꝓ riſu capi hoc loco negat. Sed ut tũ impudẽtia, tum maximæ ignorantiæ tenebræ impſentiarũ detegãtur, ꝓpalẽturq;: Acrõis interp̃tis uerba ſup̱ eo carmine ſubſcribẽda ſũt.

Fateor me dixerit ille. ꝓ/dixerat/quaſi Oratii uerba ſunt/ille et Miluius poſſunt dicere : uel Oratius hoc ait:etenim fateor me riſu diſſolui:ſi ille me auidi uẽtris dicat qui eſt guloſior: qui et meam appetat menſam : Nidor autem a nimio odore tractũ:ſed riſu : unde renidet. Hæc ille.quibus meo quidem animo oſtẽdere nititur Nidorem apud Oratium pro riſu intelligi debere : deducta metaphora ab homine odorante et aliquid olfaciente:qui nares contrahere ſolet:nec minus ille qui ridet naſũ cõtrahit/quaſi deridens.Vnde renidere pro ridere tractum eſt.

Nidor unde.

Ignarus et impudẽs Pilatus.

Cap.CLXI.

PILATVS. Nam hac lectione et ſenſui:et metricæ rationi erit plane ſatisfactum : quod non fiat/ſi/Io ſi/ legas : ut Pius inſulſe exponens per apoſiopeſin.

ACHILLES.

Vis adeo cæcus/et mentis egenus:qui Pilatũ hunc cuncta pro nutu inuertere nõ animaduertat? Merula ergo et Beroaldus inſulſi?qui codicem Plautinum: ac lectionem promiſcuam non Buccardæam

q

ſequuti ſunt. Quandoquidem ſexcẽtis huiuſ-
modi loquendi figuris alibi Plautus ſcatet.

Mentiens ſæpe Bucco mentiri
cæteros autumat.

Cap.CLXII.

PILATVS. Non patinas: neque Peccas: uel pereas: ut hariolatur Pius: mẽtiẽs ita ſcrip-tum eſſe in priſcis codicibus.

ACHILLES.

PIVM Non mentiri docet, teſtaturq; Merula: cui ſoli optimi codicis oblata eſt facultas. Sed non iccirco mirũ eſt, ſi loliginoſus iſte magiſtellus cæteros mentiri exiſtimat. nam mentiri adeo pronus eſt, et Loligioſus. aſſuetus, ut mẽdaciloquos, et uaniloquidorọs quoſcũq; inſtar ſui eſſe arbitretur: qua de re factum eſt, ut in mille lapſus ſit errores, inſcitiæ laqueos, pedicas, et abyſſus: ex quibus innumeras tenebras, deliramenta inſaniasq; potius nullo ueratro expurgandas euomuit: mala Veratrũ. imprimis et triuialia amplectens ac obſeruans: bona uero, doctiora, eruditioraq; omnia reiiciens atq; ſubſannans.

De hara moſtellaria: i q̃ Pilatus hallucinat.
Cap. CLXIII.

PILATVS. Hara ſuis. Ex priſcis exemplaribus et manu ſcriptis: non: hara Moſtellaria. ut legit Pius arrogantiſſimus interpres.

ACHILLES.

Audacia ꝓſtituta.

MPudentia equidem hominis manifeſtior in dies apparet: nec minus proſtituta illa (ut ita loquar) audacia qua ducitur, et impellitur adeo: ut talia ueluti furioſus effutire cogat. Cur enim, Hara moſtellaria, legi nõ debet? Quum ſic codices omnes habeãt: et ita Merula, ita Beroaldus affirment? Dicet Pilatus pugnabit metrica ratio: Atqui uerum illud eſſe non eo inficias: nam ſi Buccardæum codicẽ inuerſum penitus ſequemur, metrica quidem lex refragabitur: ſi uerũ: genuinum, et proprium Plautini codicis ordinem diligenter animaduertemus: carmen ſuis ſeptem pedibus cõſtans rectiſſime deducetur. Reiiciẽda eſt igitur Pilati audacia: Beroaldiq; et Merulæ ſententia, ordoq; amplectendus: quos Pius ipſe ut optimos duces ſemper eſt ſequutus: ſiquidem nũq̃ adeo temerarius extitit ut Plautini codicis quicq̃ pro nutu ſuo inuer

tere/et qũæ non probat ĩmutare/uoluerit: id quod ſolus Pilatus arrogans/uanus/ſpurciſſi/muſq; nugo poſt Ariſtarchum ſibi licere putat: quæ naſo ſuo rhinocerontico nõ placent: ea cæteros improbaturos exiſtimans. Naſthi⁹/noceron/ticus.

Cõmiſtãm odorẽ eſſe dirum et aſpernabilem contra Bucconem.

Cap. CLXIIII.

q VEmadmodũ inferius: negat. n. cõmiſta eẽ nomen odoris iodorati, ſed uiderint eruditi: qui uel ex hoc ſolo Pilatũ fœtidũ grãmatocyphona/uiui hominis ſepulturã eſſe perq̃facile iudicabũt: et ut bonarũ literarũ contẽptorem prorſus reiiciẽt. Cõmiſtã.

Cæcutit Pilatus in carmine Plautino.

Cap. CLXV.

PILATVS. Non tamen Pio interp̃ti interi aſsẽtior dicẽti. Nã ſi ꝑducas penultimã Iãbus ſtare non poteſt. Quid blatis Pie? imo quid furis? ubi Iãbum comp̃is hoc uerſu in uerbo olere? nullibi profecto: tertius enim pes eſt.

ACHILLES.

q VID fringutis expilatiſſime Pilate: moribus et literis literatis culo Simiæ pilatæ pilatior? qd Euripo chalcidi- Euripp⁹ chalcidicus.

Fluctua/ co inconſtantior/ fluctuabundus exclamitas?
bũdus. Eiectũ nũ quãdoq; accipies de fronte pudorẽ?
Pium non percepiſti miſelle/turpitudinisque
Semina/ omnis ſeminarium:Pium inq̃ non percepiſti:
rium. intelligentem qđ niſi ſecunda correpta ſit in
Olere/non ſtat Iambus:ideſt in fine. quãdo/
quidem uerſus aliter trimeter non eſſet.Neq; i
hoc ſolum furis:ſed licenter (ut ſoles)blateras:
impuneq; maledicis. Impure/exlex/temerarie:
Obgan/ ſciole/qui aperte in tantum uirum obgannire
nire. audes?cui latinæ græcæq; muſæ aſſurgũt:aisq;
Priſcianum nõ recte cum Pio ſenſiſſe? quum
Amphimacrus pes eſſe poſſit:tu homulle om/
nium audaciſſime metrorum legem Priſcianũ
docere præſumis? a cuius fonte guttulas illas
Teſqua. hauſiſti:quibus teſqua tua ſitientia et infœlicẽ
agellum irrigas. O Macco uetula deliriorem.

Quid ſit bubultuare in Plau/ to et Nonnio. Cap.CLXVI.

PILATVS. Bubulcitarier: boues curare: et quæ ad bubulcum attinent: ita legendum innuit Nonnius:locum hunc adducens:et ita habent codices ueteres.et non bubultuarier ut Pius legit.

ACHILLES.

ONne manifeſtiſſime iſanit loqua/
n ciſſimus hic ſcurra? qui Pium ait le-
gere Bubultuarier? quum bubulci-
tarier dicat potius eſſe legēdum: ut in eius cō/
mentariis apparet: Atqui uerba Pii ſubſcriba-
mus/ut in cūctis Pilatū mendaciſſimū eſſe oēs
perſpiciant. Bubultuarier. boues et armenticiā
curare. Sed ſi codicibus Apuleiāis fidem adhi/
bes: erit hic ſcribēdū bubulcitarier. Hæc Pius.

Impudētiæ et audaciæ Buccōis idiciū.

Cap. CLXVII.

PILATVS. Sed unū hoc ſcito. Ita ſcribēdū
eſt ex codicibus antiquis: et ſentētiæ concini/
tate: non ſecundum hoc ſcito: ut legit et com-
mentatur Pius ineptiſſimus interpres. etc.

ACHILLES.

ILatus legendum eſſe affirmat: Sed
p unum hoc ſcito. Pius/ Beroaldus/ et
Merula legunt: Secūdum hoc ſcito.
qbus potius credēdū ſit uiderint periti: an tot
et tantis literarum luminaribus: an abiectiſſi-
mæ blattæ/blateronicꝗ nugiuendo Pilato: qui Nugiuē-
piperi ſcombrisque miſellas paginas dedicat: dus.
quas ſoli cacantes legent.

De uerbis exiſtimo/et extimo.
Cap.CLXVIII.

i Llud autem quod pauloposſt de uerbis exiſtimo et extimo effutit: conniuentibus (quod aiunt) oculis prætereo: ſunt enim gerris ſiculis liræ uaniores: ac meræ triuialium grammaticulorum ſordes.

Gerræ ſiculæ.

Vocalis ante.M.ſequente uocali non abiicitur.
Cap. CLXIX.

PILATVS. Video corruptũ hic ex adoleſcẽte optimo. Niſi aduerbiũ/hic/adſcribatur: uerſus nõ cõſtat: quod Pius ĩterp̃s nõ aſpexit.

ACHILLES.

m ISellus/et miſerrimorum omnium grãmaticulorum miſerrimus in præceps abit: quoniam uocalẽ ante: M: ſequente alia uocali abiicit: quemadmodum etiam ſuperius infinities fecit: quo quidem errore impulſus eſt: ut dictiones nouas/ſed omni uenuſtatis decore pilatas Pilatus iſte ſuperadderet: uerum de hiis ſuperius ad ſatim.

Infinities

Obtexere non abiicere legendum.

Cap. CLXX.

PILATVS. Poſt illa abiicere negligens fui. Abiicere legendum cenſemus: potiusq̃ Obtexere. quandoquidem quid ſibi uelit hic obtexere non uidemus: licet ab interpretibus prædictis ita legatur.

ACHILLES.

O BTexere legendum eſt, hoc eſt munire uerecūdiam atq; modeſtiam: ne illuc irreperet amor: qui tanq̃ uiolētus imber omnia putreſcere bona animi faceret: abiiciēdū autē ab eruditis uerbū abiicere: id quod ſibi ſomnians Buccardus effinxit. Obtexere qd.

Pilato non credendum.

Cap. CLXXI.

PILATVS. Atq; ædepol ita hæc tigna humida putrent: neſcio quid gānit hic Pius: poſt ædepol additum eſſe eram: in priſcis exemplaribus: et mentitur arrogans interpres. etc.

ACHILLES.

g ARrulo equidem Pilato credendum eſt: ſi ab ipſo mucido grammatiſta: ſuis latebris, et miſero pedagogii gurguſtiolo cōtento uniuerſa Plauti exemplaria euoluta eſſe concedere uolumus. Mucidus Gurguſtioli.

Non redigendus Plautus ad curioſas
grāmaticorum obſeruationes.
Cap.CLXXII.

PILATVS. Humida putrent: ſcribendum
eſt: et non humi deputant: neq; putent: ut
Pius ait: ſed putrent: differt enim inter pute/
re/et putrere. etc.

ACHILLES.

N Putreant puteantue magis uani/
a loqui Pilati uerba/neſcio: qui licen/
tis Plauti/ et laxis gaudentis haben/
nis dignitatem ad ſcrupulos grammaticæ re/
digit: quos ſæpe/ne dicam/ſemper Poeta ipſe
contemnit/ et calcat. Verum enimuero me/
cum perſæpe geſtio: quum Pilati arrogātiam
audaciamq; ſtudioſos omneis facile perſpec/
turos animaduerto.

Diuinat ceu furioſus Pilatus.
Cap. CLXXIII.

PILATVS. Vt hoc me decet amiculum:
Amiculum addendum eſt ad uerſus integrita/
tem. Quod Pius et Sarracenus non uiderunt.

ACHILLES.

u IDere non potuerunt Pius et Sar/
racenus quod nullibi unq̄ comper/

tum eſt . Soli furioſi diuinare ſolent : et ſcire etiam quæ neſciunt. Furioſi diuinare

Mi pro mihi recte a Pio dictum.

Cap.CLXXIIII.

PILATVS. Dii me faciant quod uolunt: cur Pius corrigat mi:pro mihi:neſcio.

ACHILLES.

Eſpōdeamus igitur ſtulto ad ſtultitiã eius:ne ſibi ſapiens eſſe uideatur et ſi ex nobis diſcere dignatur:ſciat et ele/gãtius/et latinius eſſe/ſi mi:legatur/pro mihi: ut ſit hic ſenſus.Dii mihi faciant quod uolũt: id eſt bonum/aut malum:Si enim/me/legere/tur referret neſcio quid incongrui/et Buccar/dæi. Id quod doctis auribus ſatisfacere haud quaq̃ poſſet.Beroaldus:mi:ſcribit.

Cōmodes/et cōmēdas legi indifferēter.

Cap.CLXXV.

PILATVS . Vbi tu commodes : capillum commodum eſſe credito : codices ueteres ha/bent : ubi tu commodes et non commendas. Vt Pius corrigit inſcitus.

ACHILLES.

q VINimmo utramq; dictionem Pius affert in medium.Atqui ut in mani/

Fidētius. Amuſi- tata. feſto mendacio deprehendatur / Fidentinus iſte Pilatus: Pii uerba ſubiungamus. Vbi tu commedas: ſcribendum erit: ubi tu commendas: quum / inquit / capillamenti ſeriem et ſtationem commendas: omnia erunt amuſſitata:

Exqſitī. et exquiſiti accommodata. Potes et legere cōmodas. Si accōmodas / inquit / crinem ſcito tū

Formoſi- tas cōmē/ dat capi/ lum. uideri commodum / et ordinatum. Hæc ille. Sed commendes / meo quidem iudicio melius iacebit: Formoſitas nāq; / et ornatus capillum commendant.

Ex alienis floſculis hortos cōficit Pilatus.
Cap. CLXXVI.

PILATVS. Quid illa poteſt peius quicq̄ muliere memorarier? Ita ſcribendum eſt: et nō morarier: ut multis ambagibus Pius legit.

ACHILLES.

B Hinc quadriennium Pius hoc retractauit: quod furibundus Pilatus contumeliis ſolum intentus / uel non uidit: uel non uidere diſſimulauit: ut aliquid

Aſymbo los. eſſe uideretur: et in muſarum Plautinarum conuiuium aſymbolos omnino non ueniret.

Noſtrorū legendū eſſe non ueſtrorū.

Cap. CLXXVII.

PILATVS. Adeo pars ueſtrũ intelligit. Ita ſcribendum eſt ex codicibus antiquis / et recta ſententia: et nõ / noſtrorũ: ut Pius amẽs legit.

ACHILLES.

V Vecors / et dementiſſimus es Pilate: qui uides etiam quæ non uides. Pius. n. ſuper hoc tacet: tãq̃ re nota. Legendũ eſt tamen / noſtrorũ: ut Merula Beroalduſq; aſſolent: eſt nãq; mos loquẽdi familiaris: ut nos quoq; hiis inſeramus: qui ſũt mariti: q̃uis uxores non habeamus: ac cælibes ſimus: nam ſi has ærumnas tãq̃ maritus nõ patitur: quum in ordine maritorũ erit / poſtmodo patietur. Eſt enim amplificatio: qualis eſt illa / decapitatus cantabit. Amplificatio.

Philocomaſium non philematium in Plauto recognoſcendum: contra quod rudit Aſellus pylades: et mi p mea dici diſſerit.

Cap. CLXXVIII.

PILA. Mea philematiũ et hic uerſus clare oſtẽdit ſcribi debere philematiũ: et nõ philocomaſiũ: ut ſcribũt Pius et Sarracẽus iſcii itẽrptes: q̃doqdẽ uers9 philocomaſiũ nõ pateret.

ACHILLES.

q VVM in omnibus codicibus Merula/et Beroaldo ſuffragãtibus Philocomaſiũ legat: Nihil iuertere auſim: nec ob tã leue argumentũ nomen ipſum inutare: ſed legatur potius: mi Philocomaſium: et tunc ſententiæ/uerſus ac concinnitas/ ratioq; manebũt. Mi autẽ pro mea Apuleio et Plauto alibi ſæpiſſime uſurpatur: nec minus a Hieronymo: qui in epiſtola ad Paulã ita ſcribit. Teſtor mi Paula Ieſum.

Mi pro mea.

Ex horreo Piano ſe ditat pylades.

Cap. CLXXIX.

PILATVS. Qui inuidẽt: ne unq̃ eorũ qsq̃ ĩuideat ꝓrſus cõmodis. Ita ſcribẽdus ẽ uerſus. Nec opus ẽ ãbages referre Pii legẽtis cõmodi.

ACHILLES.

q VINimmo te docuit Pius ingrate ſcholiographe: et Inuideat commodis: legit tandem. Quãuis more boni interpretis alteram Prius opinionem in medium attuliſſet. Verum hanc deniq; probaſſe in commentariis ſuis perſpicere quiuis poterit. et Pilati inſanientem inſaniam q̃ facile animaduertet.

Scholiographus.

Stacten in Plauti uerſu a Pilato inſer/
tam ſapere neſcio quid opi-
cum et fœtidum.
Cap.CLXXX.

PILATVS. Quid opus eſt:cum ſtacte ac-cubo. Si Pius arrogãs Plauti interpres/et Sarracenus luſcioſus longius uiderent:ita profecto uerſum hũc legiſſent:et nõ cũ iſtac accubo.

ACHILLES.

g ARrit/ut ſolet/homullus iſte argillaceus in pedibus/ne dicam pediculis operoſiſſimus: quos frequentius legiſſe q̃ libros manifeſtarium eſt. Nullibi co/dicum ſtacte legitur: ſed iſtac: ſenſu aperto et facili. G. Merula/Beroaldusq; Pio congruũt: quorum ſola nobis auctoritas pro ratione ſufficit. Mittamus igitur amẽtiſſimum Pilatum qui ſolus ſtacten in lente quærit.

Opoſiſſimus.

Stacte in lente.

Callidamantes legendum in carmine Plautino.
Cap.CLXXXI.

PILATVS. Is eſt callidates. Hoc loco Pius non iam luſcioſus: ſed plane cæcus:et ſomno oppreſſus eſt:quum corrigit:callidamãtes:ſed qualis erit hic uerſus?etc. Legendũ callidates.

ACHILLES.

IN Codicibus omnibus quos mihi le/
gendi data eſt occaſio callidamantes
non:callidates/compi:ita Merula ita
Beroaldus/ita omnes paſſim recognoſcunt.
Agrãma/tos. Solus hic grammaticulus agramatos quod
non intelligit/propudioſe immutare audet.
Quæ iſthæc malum audacia? Nonne inferius
etiam ait Plautus?
Callidamantes callidamantes uigila.

Sed amentiſſimum/et inſanum Pilatum in/
ſanire ſinamus: et orationem noſtram ad con/
ducibiliora transferamus operæpretium eſt:
ne a præſcripto paleſtræ noſtræ longius euage/
Obtrec/tatorum cauilli. mur. Rumuſculi nãq; /et obtrectatorum cauil/
li/auctore Diogene/nõ ſecus ac crepitus uen/
tris curandi ſunt. paruifaciendum eſt.n.quor/
ſum euadant: an ſurſum ſcilicet/an deorſum.

Furtum Pilati inuerecundiſſi/
mi detegitur.
Cap. CLXXXII.

PILATVS. Vbi qui dindymenæis haſtis
corpus transfigi ſolent. Verſum hunc ita ſcri/
bendum cenſemus metri ratione/et ſententiæ:
quæ eſt ut dicat, etc.

ACHILLES.

n ON poſsũ iſtud mediusfidius haud reticẽdum reticere omittereq́. Quid enim egregio/ſiue mauis / egregiiſſimo hoc nebulone ridiculoſius? Legite/quæſo uos/candidi:legite inq̃ Pii cõmẽtaria:uidebitis furunculum iſtum omnia/etiam de uerbo ad uerbum / ab illo mutuatum : Poſteaq́ tãq̃ res futura ſit cum Oedipo/ut inuentor appelletur/laureãq́ mereatur:Pium/uti aſſolet / in re quoq́ minima carpit:qui locum hunc/ante eum ab omnibus fere ignoratum aperuit.

Egregiiſſimus.

Furũculus.

Oedipus

In furto commiſtæ uocis cerebroſus grãmatiſta deprehẽditur.

Cap.CLXXXIII.

PILATVS.Hei mihi quum iſta hæc blanda dicta quo eueniant madeo metu : ita ſcribendus hic uerſus eſt.etc.

ACHILLES.

u Ellet elabi lubricus nugator anguillaq́ ſinuoſior: ſiquidem negauit ſuperius cõmiſtã eſſe fœtorem. Cæterũ in temeritatis furto deprehẽditur : apud famæ uirtutisq́ ſubſellium his conteſtata eſt.in codicibus nãq́ omnibus cõmiſta legitur:mẽtiturq́

Nugator lubricus.

Anguilla ſinuoſior

in antiquis ita legi exemplaribus. Teſtes ade/runt illi: apud quos priſca et mẽbranacea erũt Plauti uolumina: hos ego omnes rogo: ut Pi/lato uaniloquo / et omnium mẽdaciſſimo di/cã dicant: ac ueluti ſacroſanctæ Virtutis aſſeſ/ſores præconibus ſuis bilinguem / trilinguem / et falſi conuictum Buccardũ per triuia omnia et quadriuia publicare iubeant.

Dicam dicere.

In altero furto idem deprehenſus.

Cap. CLXXXIIII.

PILATVS. Impia eſt habitatio. Ita'q; ſcriben/dum cenſemus: et non ſimpla: ut ferme ha/bent codices: et Pius inſulſiſſime legit.

ACHILLES.

Cornicula garrula.

COrniculam garrulam / grammati/culorum triuialium ſordem teterri/mam: nonne / impia legit Pius? un/de omnia furaris et ĩterpollas: cuius uerba hæc ſunt. Simpla: ſimplex unius tantum cadauero ſi biothanati diapontii: probior tamen et ſin/cerior lectio uidetur ſi ſcribis / impia / hoc eſt non piata / non expiata furentibus inſepulti manibus.

Ordinem ſcenæ non tenuiſſe Pilatum.
Cap. CLXXXV.

PILATVS. Serui qui quum culpa carent. Trimeter quoq; hic uerſus: in hac ſcena nec Pius/nec Sarracenus interpretes norunt quid dicant. inducitur autem hic aduerſitor. etc.

ACHILLES.

O CIA ſectatur nubes et inania captat In ſcirpo nodum ponens: in lumine fumum: ut obiter Anticlaudiani uer/bis utar. Errauit manifeſtarie Pilatus: nec rec/te ſcenam collocauit: quoniã Tranionẽ ædes Simonis præparare opus fuit anteq̃ aduerſi/tor iſte appareret. Beroaldus qui poſt Pium Plautum emendauit/hunc ordinem non ſe/quitur: ut licet aduertere. Anticlaudianus.

Pilato non eſt credendum ut ſibi ipſi Plautus conſtet.
Cap. CLXXXVI.

PILATVS. Quod nequeunt faciunt: ad/dendum enim eſt faciunt ad uerſus et ſenten/tiæ integritatem.

ACHILLES.

S I ita legeretur: contradicere ſibi uide/retur Plautus: Nam ſerui quod ne/

queūnt facere non poſſunt : et ſi de uerberibus intelligitur : tanto magis uerberum peculium facere queunt. Blatit delirus homūncio quæ nec caput nec pedes habent/mero elà/tus et inſania.

Seruos poſſe facere peculium.

Cap.CLXXXVII.

PILATVS.Scimus autem lege cautum eſſe ut quicquid acquirit ſeruus domino acquirat: et ſeruos peculium nullum poſſe facere.

ACHILLES.

STendis Rabula / exlex / prorſus/ et
Iniurus. o iniurus apparens/te ad omnia magis aptū eſſe q̄ ad leges/iusq; ciuile perci
Albā li- piendum : in quo nec albam quidem lineam
neā duce duxiſti/aut haſta uelitari depugnaſti : impu/
re. dentia tamen/ et effreni audacia de iuris caſi/
Haſta ue bus tāq̄ de cirratorum dictatis audes ferre ſen/
litaris. tentiam?Inauſpicate Bubo:etiā euomis ſeruū peculium nullum habere / et omnia domino acquirere ?Quis hæc tibi dictauit inſcitiæ ſub/iugalis aſelle ? Bertonides ne ille tuus aſſecla? cum quo/tāq̄ cum Theſeo/affannias.et deli/ramenta tua cōmunicare cōſueſti : licet caſcū caſcus duceret . Accipe igitur:quæ grammati/

ſtatũ poſtremiſſima fex Bertõides tuus igno/
rat: Pomponium clariſſimum Cæſarei iuris
antiſtitem libro digeſtorum quinto ita ſcribẽ/
tem. Peculium eſt nõ id cuius ſeruus ſeorſum Peculiũ
a domino rationem habuerit: ſed quod do- qd.
minus ipſe ſeparauerit: uel ſuam ſubſtantiam
a ſerui ratione diſcernens. Subdit Vlpianus.
Peculium dictum eſt quaſi puſilla pecunia: ſi/
ue patrimonium puſillum: Peculium autem
Tubero ſic definiuit ut Celſus libro ſexto di/
geſtorum refert: quod ſeruus domini permiſſu
ſeparatum a rationibus dominicis habet de/
ducto inde ſi quid domino debetur. Quæ de/
finitio etiam ad uicarios pertinet. Et ſubdit.
Sunt quidam qui putãt peculium ſeruos ha/
bere non poſſe niſi concedente domino: ego
autem puto non eſſe opus concedi peculium
a domino ſeruum habere. ſed non adimi ut
habeat: quod dominus auferre non poteſt.
Hæc iuriſperiti: et in hanc ſententiam multa
trutinãtur. Seruos autẽ peculiũ nullũ poſſe fa/
cere/ falſum eſt, prſus: addi debuerat nolẽte do
mino. Nec recta loquutio ẽ iſta: quoniã pecu/
liũ de ære ſerui tãtũ intelligitur. Si ita dixiſſet
Pilatus: quicqd ſeruus acqrit/ acqrit domino:

non erraſſet.ſed dicendo/ſerui peculium non poſſunt facere:in eo quod negat affirmare ui/detur : quum peculium ad ſeruum pertineat: aut ad eum qui eſt in ſeruitute / ut ad filium uel militem:propter hæc Floretini uerba. Peculium et ex eo conſiſtit quod parſimonia ſua quis parauit/uel officio meruit a quolibet ſibi dari/idq; uelut proprium patrimonium ſeruũ ſuum habere quis uoluerit. Pomponius non ſolum id peculiũ eſt quod dominus ſeruo cõ/ceſſit:uerum id quoq; quod ignorante acquiſitum eſt : tamen ſi reſciſſet/paſſurus erat eſſe in peculio.Proinde latebras quærat Pilatus/et i os ſuũ(ut Hieronymi uerbis utar)uerecũdet: Aut nodũ informis læti trabe nectat ab alta.

In os ue/recũdari

Cap.CLXXXVIII.

PILATVS. Tergum ſubiiciam culcitram uibicibus.totum hũc adiecimus uerſum con/uenientem/ut cenſuimus/ſententiæ.

ACHILLES.

Aeruſca/tor.

RVſcatoris iſthæc impudentia fuit: et harioli Buccardi : uelle ſcire / quæ ſcire non poteſt.O inſanum caput.

Subſanādus eſt Pilatus dum Exſynceraſto legi haud poſſe contendit.

Cap.CLXXXIX.

PILATVS.Nugaẽ multa Pius de Exſyncerasto:putans etiam hoc loco Exſynceraſtum ſcribi oportere.

ACHILLES.

q Vid furis Pilate? Quid obſtrepis? quid flāmeus immo fumidus in loquēdo fulminas?flāmas ore cōceptas tenere non potes:atq; ut ille Barchochabas ſeditiōis iudaicæ auctor ſtipulā in ore ſuccēſam anhelitu uentilabat ut flammas euomere putaretur. Non nugatur Pius/neq;/ut tu/noua mōſtra effingit:immo ex ſequētibus Plautinis uerbis ſententiā hanc elicit:Nec uerbū Exſynceraſtum innouat:inferius.n. eadem uſus eſt dictione Plautus:quod et iſtic ſequentis carminis uerba requirūt.eleganti uerborum trāſitus ſimilitudine : quæ quidem Pilato haud quaq̄ placent:Sed cui mirum?Scarabeus merdas appetit:roſas auerſatur. Barchochabas.

Ommittendum quod hariolatur Pilatus.
Cap. CXC.

PILATVS. Nam ſerui. Mētitur Pius dicēs legendum eſſe: Nam ut heri.

ACHILLES.

m Entiri nō ſolet Pius: ut Pilatus om niū mēdaciſſimus, et uetueci næ carnis uiliſſimū fruſtulū: Ita ſcribendū eſt ut præclare, apposite et eleganter monuit Pius: ſeruis nāq; ſeruum cōmodū intentio eſt deſcribere, nō dominum. Quod uero duriter, acyros, uacāter, et inaniter Buccardus effutit, prætereūtes nec qdē unius æſtimemus aſſis.

Duriter. Acyros. Vacāter.

Idē inuertit, et perperā interpretat Plautū.
Cap. CXCI.

i Nuertit more ſolito Pilatus Plautinū carmen, legitq;.
Nam ut ſerui ſuū uolūt herū eſſe: ita ille ſolet. Quū nullus Plauti ſenſus rectus elici poſſit, ſi ita legat: Quinimo uere dicit. Boni patrōi malos habēt ſeruos: Proīde a Cecilio Plinio dictū eſt. Mitiū dominorū apud ſeruos ipſa cōſuetudine metus exoleſcit, nouitatibus excitantur, probariq; dominis per alios magis q̄ per ſe ipſos laborant.

Cōſuetudine metus exoleſcit.

Codicē Plautinū interpollat Bucco ut aſſo/
let. Cap.CXCII.

PILATVS.Geſtis aliquo iā hercle ire poſ/
ſum foras. Ita ſcribendum uerſum hunc cen/
ſemus metri et ſententiæ ratione. Nec nomen
Mula hic conuenit:ſuper quo Pius.etc.

ACHILLES.

I Mulus/et in literis degener Buc/ Degener in literis.
cardus ſciret/qd ſit ſcripturā teme/
rare/atq̧ puertere:ſobrius forte ma/
gis/ac in delēdis exēplaribus cōtinētior eſſet:in
quibus oībus ita ut Pius admonuit legitur: et
ut P.Beroaldus/et G. Merula recognoſcunt:
Quorū codicū emēdationes apud me extant.

Quid obtrudere ſignificet declaratū contra
Pilati ſententiā. Cap.CXCIII.

PILATVS.Obtrudi argētū.Corrupti erāt
omnes codices hoc loco. et Pius quidem uiſus
eſt aduertiſſe:ac corrigere cupiiſſe:ſed inſcitia
illum occupans non eſt paſſa:ſcribit.n.obiici:
quod quidem uerbū uerſus nullo modo patiť.

ACHILLES.

Ius ſuper hoc loco tacet haud cor/
rupto: ſed in oībus codicibus/etiam

Spintria tritis emẽdato:Mẽtitur cõtumelioſus Spintria ꝙ uerbũ obiici non capiat hic uerſus:credo in culina aut ganeo/muſæo ſibi prope peculiari: dum inter phyalas philoſophatur et inter ſui/las carnes nõ tam emiſit ſpiritum q̃ eructauit: inuenit/et ſcripſit hæc ſomnia nugaciſſimus/ amẽtiſſimus/inſcitiſſimuſqꝫ Pilatus:q obtru/dere Iniicere ĩterpretatus eſt.Sed proh dii im/mortales qd ignariſſimo Buccardo ignarius amentiuſue?Fugite quæſo aduleſcẽtes ſtudi/oſiqꝫ oẽs inſcitiæ tenebras:Fugite inq̃ Pilatũ/ et auerſamini:ne cæcũ ducẽ ſequẽtes/in altiſſi/

Obtrudere quid. mũ iſtũ errorũ gurgitem ſecum una decidatis. At ꝑ rectũ tramitẽ incedite/obiterqꝫ qd Ob/trudere ſignificet diſcite. Obtrudo.n.idem eſt quod cõtrà trudo/quaſi ꝑ uim do/aut ꝓ forti/tudine pono. Terentius ĩ Ecyra. Nunq̃ auſus ſũ recuſare eã quã mihi obtrudit pater. Plau/tus ĩ Curculiõe. Aliqd prius obtrudamus/Per/nã/ſumen/glãdiũ:hæc uẽtri ſtabilimẽta: Ideſt ꝓ fortitudine ponamus. Qđ autẽ Obtrudere iniicere ſignificet nemo ꝑter Pilatũ dixit: niſi idẽ Phanaticus ſenex Britõides palatiolẽſis ru/

Fumorũ plauſor. ſticellus approbat:horũ ſomniorũ fumorũqꝫ plauſor/ne dicã artifex et coniector.

In hominem/nõ homini legẽdũm in Plauti carmine. Cap.CXCIIII.

PILATVS. Iube homini argẽto os uerberari tier. Eadẽ ſententia: et declaratio uerſus ſuperioris: et ſcribendum eſt homini/ex antiqs codicibus etc. nõ in hominẽ ut legit Pius. etc.

ACHILLES.

c Vt ita legẽdũ non ſit imputata Ibis ſubdere debuiſti: nugis rẽ ſoluere paras? Daniſtæ ſumus: nõ credimus tibi: niſi græca fide et punica: grãmaticulo cui nec Propola: nec ſonchũ uedẽs mater Euripidis credet faſciculũ oleris: ꝙ hominẽ te nouit ſine re/ſine lare/ſine ſede/ſine penu et pecunia: quem gerantocomion incolam ſedulum faſtidit et auerſatur. Propola Sonchus Gerãtocomion.

Cõgrua eſt Plauti Series uelit/nolit Pilatus. Cap.CXCV.

PILATVS. Ita mea conſilia undiq; oppugnas mala. Hic autẽ alius error eſt peruerſionis maximæ: non. n. ſequitur. Ego illum etc.

ACHILLES.

n On poteſt hæc Plautini codicis ſeries eſſe: Nam ſi receperat Daniſta cras ſe accepturũ pecuniam; et die craſtini Daniſta

uenturum ſi nūc peteret/inſidus eſſet: Quare alia de pſidia ſcilicet audiret a Tranione uer/ba:uel fabula traduceretur in alium diē: Id qđ
Gryllus. nec Gryllus quidem diceret.

Pii lectionē uerā eſſe. Cap.CXCVI.

PILATVS. Manes tu ne illico. Hoc eſt quod diximus ſupra. ꝙ paraſitus illū tetigit:men/tiē.n. Pius dicens ī codicibus āntiquis. etc.

ACHILLES.

Redēdum eſt ampulloſo nugatori: ſi credere dignū eſt codicū omnium copiam et exemplariū ſtercoreo pæ/dagogulo helleboroſæ belluæ/ ſemper aſilo furoris exagitatæ cōtigiſſe. Pii lectio uera ē: quæ ſententiæ cohærentior ei uidebitur : qui filum filo annectere uoluerit.

Bellua hellebo/roſa. Aſilus furoris.

Mera eſt Pii lectio: Pilati uero prærancidá.

Cap.CXCVII.

PILATVS. Haud opinor ſibi quiſq; in iu/re cauet: Ita ſcribēdū cēſemus nos potius. etc. Nō: Sibi quiſq̄ iure metuit: Vt legit Pius. etc.

ACHILLES.

Ita legendum eſt/ut codices omnes habent et Merulæ Beroaldiq;: nec non priſca exēplaria : quæ Reiculus

fucūs temerare-et ꝓdere pro libidine ſtudet. Fucus rel
Senſus eſt Simonē merito metuere ſibi:ꝙ rem iculus.
bonā paruo uēdidit.

Satis fuit Piū dixiſſe Scenā in hūc et in illum locū reſtituendā.

Gap.CXCVIII.

PILATVS.Operæpretiū.Hoc loco in multis aliis ſed præcipue huius comœdiæ aptiſſime patet neq; Piū interpꝛtē neq; Sarracenū quid dicant-quidue non dicant intelligere.etc.

ACHILLES

d Edecus-ignominiaq; nedū literarū ſed et liturarū Buccarde audes Piū inceſſere ? q et iter tibi aperuit quo incedere poſſes. Temerarie Pilate bonis literis expilate:ad emendationē comœdiæ nōne ſatis hoc fuit:qđ indicauerit Pius hāc et illā ſcenā in hūc/et illū locū reiiciendam/reſtituendāq;? An expectabas cucullate magiſtelle/ut Pius illiterato non ſine labore/uerſus per ordinem ſcripſiſſet?tibiq; dotem et uxorem daret: mox genialem pararet thorum:illam deinde inſcenderet ſimul ac prægnantem redderet: et tuas res faceret/Vt minori cū labore degere poſſes? O uile temeritatis/et inſcitiæ mancipium.

Genialis thorus.

Hermolaum lapſum eſſe iure Pius innuit. Cap. CIC.

PILATVS. Intempeſtiuos nō intempeſtiue cæſos exiſtimo fuiſſe: Materia.n.ſtatis tempo/ribus.etc. Hoc loco Pius arrogantiſſime ut ſo/let, et perq̄ ſtolide Hermolaum Barbarum lit/teratorum decus notat inquiens.etc.

ACHILLES.

Onne iuſte, et pie Hermolaū erraſſe n poſteritatis amore Pius innuit? qui in re tam aperta cæcultauit, et hiſto/riam nullam ſequutus eſt. Vanū eſt uaniſſimi hominis reſponſū dicentis: Hermolaum non erraſſe, q̄ in codice ſuo non ita legeretur, ut in cæteris. Quum ipſemet Hermolaus fatea/tſe codicem ſecundæ editionis Venetæ ſequi ab Iaſone neſcio quo Germano editum impreſ/ſumue: In quo deſpicatiſſimum apparet æq̄ mendū hoc. Facilē emēdatione locū prætēritū ab Hermolao q credit inſano Pilato inſanior eſt: quin minima quæq̄ conſectatur Hermo/laus: in tritis etiā q̄buſcūq̄ luctatur. Gloriatur poſtremo uentoſus, pedicoſus: pultiphagus et illuuioſus, carcer uix carcere dignus ſe Pii erra/ta ad tremille patefeciſſe: Quum nec Pii uer/

Cæculta/re.

Vētoſus.

Pultipha/gus.

ba quidem intelligat: ut recte illud dici poſſit. Carcinus contra Herculem pugnam ſumpſit: et in Theophraſtum Leontium. Carcius.

Aliena pro ſuis recitat Pilatus, et dãnat quæ defendi poſſunt.

Cap. CC.

PILATVS. Inſanum bonam idest ualde bonam. Inſanum enim pro ualde ponitur: et precipue ab hoc Poeta et bonã porticum intellige. Nam quod ait Pius ſe legere inſanũ .ſ. gynæcæum: pro non ſanũ: mera deliria uidẽt.

ACHILLES.

d Vas Pius opiniones ponit: quarum alteram garrulus Pilatus ſectatur: et in rationes ſuas refert: tãq̃ ſibi nata ſit domi. Quum ad omnia nitida et exquiſita Pio utatur ueluti promo: alterã uero refellit: quæ tamen etiam defendi ſic poteſt: quando quidem Simo ſupra dixerat Gynæcæum ſole infeſtari nimio.

Idem Pium inuerecunde inceſſit.

Cap. CCI.

PILATVS. Seruaſti omnem ratem. Serua/

ſti per Syncopam legendum eſt/metri neceſſi-
tate:et etiam ex codicibus antiquis:et non ſer-
uauiſti:ut Pius legit.

ACHILLES.

q Vid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate
magiſter? Inuiſum pueris uirgini/
busq; caput. Immo Pius tacet:nec in
hiis uerſatur: quæ ſine puluere et ſudore do/
mare quis poſſit: Lacertis tuis O Pilate idonea
eſt hæc paleſtra. Nec nugas nugeris qc̄q̄ metri
neceſſitate temere immutandū: Nā ſi Probus
quædā Maronis metra ametra fuiſſe dicit:et
mordet (teſte Hierōymo) Lucillius qđ īcōpo-
ſito currat pede:et tamē ſales eius leposq; lau/
dantur. cur idē ius antiqori licētioriq; Plauto
nō dabit? O Belluā inſcitiæ nubilo caligatā.

Sine pul/uere et ſu/dore.

Ioculo Piū nō legere mētit Pilatus.

Çap. CCII.

PILATVS. Ioculo mō. Ego ne auſim inqt
Tranio fallere te dicto/aut facto:ioculo mō.i.
nedū ſerio ſed uel ioco:nō loculo ut legit Pi9.

ACHILLES.

q Vid iners rudis aſelle? nōne Pius io-
culo legit? ſomnias fortaſſis/aut de-
ſipis potius? Deſipis quidem:quum

quid Pius dicat minime percipias. Sed ut lin/guam deinceps cōpeſcere/pluraq; legere prius et audire q̄ loqui diſcas: Pium audi (ſodes) in commentariis ſuis ita ſcribentem. Loculo/pecunia/nūmis qui in loculamentis cōtinentur: In nōnullis exemplaribus ſcriptum eſt ioculo. Locula/metū.

Non credi Pilato niſi rationes adducat

Cap. CCIII.

PILATVS. Ma ton Apollo. Oſtendit qui/dem Pius ſe multas græcas literas ſcire et græciſſat ſepius. etc. Non enim ſignificat: ma ton Apollo per Apollinē uerū ne hoc eſt? Vt ipſe exponit: ſed non per Apollinem.

ACHILLES.

PIus Ma inquit eſſe particulam iuran/tis/et ibi et in captiuis. Eſt negatiua particula inquiet. Quis hoc negat ǎ lutum? Garrit ſæpiſſime grammaticulus iſte delirio et inſulſitate plenus: Oculisq; uomentibus iram fulminat et monitus ſpumanti deſpuit ore Vt inquit Architrenius. Sed qd gar/riat/et quare perinde ignorat picis: et pſitacis ſimilis: qui χαῖρε dicūt: ſed quid dicāt neſciūt. Architrenius.

Nec ignorauit Pius quid Μὰ: et καὶ ſignificarent: et quæ inter utraſq; dictiones eſſet differentia: neq; plura maniter in medium afferre uoluit: ut pote qui animaduerteret affatī ſatiſq; Suidam de uerbis illis meminiſſe: cuius quidē uerba ſubſcripſimus ut obiter nec minus commode ſtudioſis ediſcere liceat quæ Pilatus ſciolus docere neſciuit. Ita enim meminit græcus ille interpres. Μά. τοῦτο Ὅμηρος, ὡς συλλαβὴν ἐξ ἴσου ἔχον τίθησι. καὶ ποτὲ μὲν ἀντὶ τοῦ μά, ὃ καὶ χρῆται. ὡς καὶ μὰ τὸ δὲ σκῆπτρον ὅτι ὄμνυσιν ὅτι δὲ ἀπὸ μνυσίτι; συζεύγνυσι τὸ τῆς ἀποφάσεως. οἷον οὐ μὰ γὰρ ἀπόλλωνα. καὶ ἐν ὀδυσσείᾳ οὐ μὰ ζῆν᾽ ἀγέλαι. Ὅμηρος δὲ τὸ μά, ὡς μέρος λόγου. ἀπομνύντες παραλαμβάνομεν μὰ τὸν Δία λέγοντες, ἔστι δὲ καὶ ἐπίρρημα ἐπευκτικόν. Scito ãt Pilatū decipi/qui. μὰ .tradit ſignificare non p̱: quod falſum eſt. Fruſtra enim et perperā Homeru[m] ὄμνυμα dixiſſet: ſi μὰ haberet/nō/iclusum. und[e] colligo aut Sudam errare aut Pilatū ueſicarū ruptorem et ferularum: in quo ab eo Pius carpitur/ſed falſo.

Non ceſſat Pilatus Plautinū codicem corrodere.

Cap. CCIIII.

PILATVS. Amburetur/miſero ei corculū: ut carbunculus. Ita ſcribendus uerſus. etc. et ſententiæ congruitate:quam nullo modo eli/cere potuerunt Pius et Saracenus legētes.etc.

ACHILLES.

VINimmo ſenſum elicuerūt.ſed pu/dentiores hoc motione fuerunt : ab iniuria Plautini codicis abſtinentes: quē cotidianis uibicibus / et morſibus muſcu/lus iſte corrodit/et olenti muſcerda concacat: ut iam neſcio quid triuiale uirus et præranci/dorum grāmatiſtarum ſordem deliciæ Plau/tinæ obolere cœperint. Pio Beroaldus: Merula pariter et eruditi fere omnes concinunt. Muſcul⁹ Muſcer/da.

Cur triginta legi non incongruum ſit.

Cap. CCV.

PILATVS. Mnas quadraginta ita ſcriben/dum eſt. etc. Quo magis miror Pium et Sar/racenum ineptos interptes hic legere triginta.

ACHILLES.

EL Triginta dixit ſenex ut partem confeſſum minorem facilius alliceret Simonem ad maiorem ſummam cō/fitendam. Vel ſeruauit prepon Plautus: ſeruū

inducēs obliuioſum. Vnde paulopoſt/ aut reſcipiſcens Teuropides/aut quum uidit ueritatem elicuiſſe/ quadraginta minas dicit nō triginta. Pulchrum ſchema ſeruili naturæ conuenientia reddere.

Schema.

Præſtare qd ſignificet ignorauit Pilatus.
Cap. CCVI.

PILATVS. Ego illum ante ædis præſtabo ludificatorem meum. ego inquit præſtabo uobis illum. i. adducam.

ACHILLES

PROH Dii immortales / quis unq̃ legit præſtare ſignificare adducere. Vt Endymionæus literator Pilatus ſomniorum et ſtultitiæ refertiſſimus audet aſſerere? profecto atra bili percitus eſt: nulla enim res tam delirantes homines cōcinat cito. Sed inſani huius diaboli ueſanā rabiem pretcribo: ne dum Baccho huic Bacchāti uolo aduerſari: ex inſano īſaniorem efficiam: Valeas igitur in malam rem Pilate cū tuis hiſce omni lepiditate Pilatis ineptiolis.

Endymionæus. Atra bilis Diabolus.

Recte ſentit Pius.
Cap. CCVII.

PILATVS. Non ego ita extemplo. conti/

nuata uerba ſunt Teuropidæ dicentis ſe. etc. quo in loco Pius garrit. etc.

ACHILLES.

r ECte ſentit Pius: quandoquidē hamiotæ, hoc eſt qui hamo piſcantur ſenſim demittunt lineam: ne piſcem fragorem abhorrentem, abſterreant. Hamiotæ.

Recte legit Pius præſidere.

Cap. CCVIII.

PILATVS. Præſidebo autē ſcribendū eſt ex codicibus antiquis et recto ſenſu: nec opus eſt ſubaudire, uolo, ut ait Pius inſulſus.

ACHILLES.

m ALus es homo Pilate: q bonis dicis male. Nedū inſulſus, ſed madidus es: et quidem mero: qui arrogantiſſime pro præſidere, præſidebo legis: Ariſtarchi tibi libertatē, imo licētiā uindicās. O grāmatiſtarū illiteratiſſimorū poſtremiſſima fex. Malus ē q bonis maledicit.

Interbitat legendū cōtra Pilati ſentētiā.

Cap. CCIX.

PILATVS. Ne ulla interbitet queſtio. Pius hic ſe prorſus rudem et ignariſſimum oſtēdit: quum: ſcribit: bone interbitat: et ait ſcribendum bona interbitat.

ACHILLES.

i NTerbitat legendum ut alibi diximus. Nam Bito primæ et tertiæ coniugationis eſt. Id quod alibi immemoroſus: lacertæ/coruo/lyncique perſimilis pædagogulus agathomaſtix confitetur.

Agathomaſtix.

Dum alios mendaces dicit mendaciſſimus deprehenditur Pilatus.

Cap. CCX.

PILATVS. Pius autē ſcopulis et freto ſurdior/atque incudibus obtuſior legit/Armati cur ſiēt: aſſerēs codices priſcos ita habere: et mētit.

ACHILLES.

m ENtiri neſcit Pius ō Pilate Maccoanicula ſtolidior/mēdicorum alpha: carceratiorum uexillifer. In codicibus antiquis legitur: Armati cum ſient: quorum legēdi oblata eſt Beroaldo facultas: qui et ipſe ita legit ut Pius: uir cui nedū aſſurgere debeat Pilatus/ſed et illius eſſe ſuppedaneum: ut regi Partho eqtaturo Valerianus aſſueuit. Videte candidi lectores Beroaldi codicem: et ficoſo huic/auerſeque et aduerſe impudico Neuolæ mediū porrigite digitū. Cecidit lite uaniſſimus Pilatus nedū Pio ſed et Beroaldo iudice.

Suppedaneū.

Carmen alienum Plautinis inter/ſerit Pilatus.
Cap. CCXI.

PILATVS. Nō radicitus quidē hercle: uerū etiā eradicitus hic uerſus addendus fuit. etc.

ACHILLES.

u Erſus mehercules tetra Pilati exchar/tabula redolēs: quē nec Cluuienus q/dē/Bergomasue Moſes ꝓ ſuo recognoſcāt. Cluuiēus Moſes bergo/mas.

Furtum Pilati detectum.
Cap. CCXII.

PILATVS. Iā iubebo ignē et ſarmēta car/nifex circūdari: uers⁹ hic ita oio ſcribēdus. etc. Et nō/iā iube ignē et canē ut legit Pius. etc.

ACHILLES.

l ECtionē hanc Bucco Iafredinēſis ex Beroaldi codicibus ſubfuratus ē: qua laureā ſeſe meritū putat: ſed ī muſta/ceo. Pii opinio non magis q̄ Beroaldi defendi/poteſt: quum uterq; in eūdem ſenſum currat: ſed itinere diuerſo.

Pium non protrita ſapere.
Cap. CCXIII.

PILATVS. O furor hominis: q̄ ſe ille īter/dū euehit/tollitq; ultra hominis ſenſum.

ACHILLES.

u LTra hominis ſenſum ſe tollit Pius /
aliq̃do nõ diffiteor:ſed ad ea meditã/
da/quæ ſunt uiri Platonici in extimo
mũdi dorſo degẽtis:nõ ĩ uitiorũ et maledicẽtiæ
uolutabro cõſepulti:quo abſorptus illuuioſus
cænoſusq; puetariꝰ Pilatꝰ uiui ẽ hoĩs ſepultu/
Spectrũ. ra:Momi/Timõis/Biõisq; ſpectrũ et imago.

Cap. CCXIIII.

PILATVS.Quoq; mõ hoiem.etc.Ita ſcri/
bẽdus eſt uerſus/et nõ:is ſeruos ludificatus ſit:
ut corrigit Pius iſulſus:nõ põt.n.legi. etc.

ACHILLES.

ſ ERuum nullũ nominatũ ait delirus
ſenex fœtor et ſẽtina pædagogii:et rẽ
Sentina. ad Tranionẽ refert nõ regẽ q̃dẽ aut
Tettar/cha. tetrarchã:quinimo ſeruũ poſtremæ etiã notæ.

Cap.CCXV.

PILATVS. Salue et tu. Quãq̃ oẽs codices
habeãt/ſic tale/non placet Pii emẽdatio etc.

ACHILLES.

n EC Pio tua deliritas nulla expiabilis
antycira.

APOLOGISMVS IN PLAVLI MOSTELLARIAM FINIT.

ACHILLIS PHILEROTIS BOCHII IN PLAVTI MENEHMOS APOLOGISMVS NONVS INCIPIT.

Reiicit Pilatus quæ iãdiu á cõſumatiſſimis uiris admiſſa ſunt.

Cap.CCXVI.

PILATVS. Huic argumento. hic uerſus aperte ſuperfluit.etc. Quãq̃ Pius illum legat: ac multa ſuper illo uerba faciat.

ACHILLES.

ON VIDEO QVARE Pilatus uerſum hunc tãq̃ ſuperfluum obelo fodiat: Obelus. reiiciatq; quum Beroaldus præſertim et Merula eũ ut Plautinũ probauerint: nec ſententiæ nitoriue Plautino diſſideat.

Ianuam legentes nullã facimus carmini iniuriam.

Cap.CCXVII.

PILATVS. Ianũ lima ꝑtereũt. eſt opæp̃tiũ ineptias Pii iterp̃tis rumiare: is. n. hoc loco ꝑte-

reunt/legẽs Nõniũq́ ita legentẽ adducẽs.etc.

ACHILLES.

N ON minus operæpretium q̃ condu/cibile fuerit impræſentiarum Buccar/dæas īſanias reprobare: meraſq́ illius nugas/et deliramenta potius argumentis/ſed hiis breuibus quidem/inceſſere. Et ut ab hoc incipiamus: nusq̃ reperi/ꝙ Ianus pro ianua poneretur: ut Pilatus temerarius grãmaticulus blaterare audet. Adde ꝙ ſi ianuã ſcribas nul/la uerſui fiet iniuria: quippe quum in eadem dictione uocalis alia ſequente uocali exteritur: ut Propertius.

Nusq̃ Ianus ꝓ ianua.

Hoc eodem ferro ſtilet uterq́ cruor.

Lucretius in ſecundo.

Põdera q̃tũ in ſe eſt deorſũ deducere pugnẽt.

Et alibi. Dẽiq́ cæleſti ſumus oẽs ſemie oriũdi.

Sciẽdum eſt tamen locum hunc Pium iãpri-dem retractaſſe: nil in Plautino exẽplari imu/tandũ docens: Certus Marcellianum codicem mẽdoſum eſſe: in quo nihil inouare auſus eſt: id quod temerarius Pilatus fecit: qui Anum: ſiue Ianũ lima prætereũt legendum aſſerit: ex Nõnii Marcelli teſtimonio: cuius librum emẽ-datum et incorruptum adhuc deſideramus.

Marcelliãus codex mẽdoſus.

Glandionicã legere oportet in codicibus Plautinis: id q̃d iſulſiſſimus Pila. negat. Cap. CCXVIII.

PILATVS. Glãdulã: ex codicibus antiqs: et nõ/ glãdionicam: ut ait Pius nullibi auditũ.

ACHILLES.

VNq̃ lectum eſt apud Plautũ Glã/dulã eſſe partem ſuis: Potius Glãdiũ uocat a quo Glãdionicũ: ut mulio/nicum Luxuriari ſolito ĩ uerborum uarietate Plauto. Nec temerario auſu corrumpẽdi ſunt Plautini codices: quos antiquitatis reuerentia iampridem cõſecrauit: quũ antiqua preſertim lectio nõ diſſentiat: idq; Beroaldus et Merula comprobauerint. Adde q/ Itidem: legere non potes ſed: Itẽ: Quod ſi fiet carmen non hyabit aut ſubſidet. Quare dierectus abeat hic ulmi/triba/ ſomniorũ parẽs et nugarũ artifex: uirus Lernæaq; uenena exudans: quibus à piſtrino ſuo Pilatus et pilo ruuido farinã Plauti Siligi/neam Loliacea Zamia tentat inficere.

Dierect9 Vlmitri/ba. Loliacea zamia.

Inſulſa refert ĩfantiſſimus ſenex Pilatus. Cap. CCXIX.

PILATVS. Canterino: et non Cantbaridũ ut Merula: neq; cantbarino ut Pius: et uterq;

inſcite et cōtra metri rationem .etc. Notum eſt canterios equos uidelicet ſtantes dormitare ac ſomniare: ut Plinius libro decimo .etc.

ACHILLES.

NScitiam hominis non minus q̃ furorem et temeritatē mhercules admiror: qui Pliniū teſtari aſſerit cāterios ſtantes dormitare: quū nullā de canteriis mentionē faciat: nec ſtātes dormitare equos dicat. Plinii autem hæc uerba ſunt. Præter hominē ſomniare equos / canes / boues / pecora / capras palam eſt ob hoc creditur et in omnibus / quæ animal pariunt .etc. Ex quibus perſpicere omnes poterūt: Pilatū inſanire / ſomniareue : qui Plinium ſcribere dicit / canterios equos ſtantes dormitare et ſomniare. O Laruarū ac furiarū bacchanal. Addamus et / ꝙ nullo pacto a canterio canterinus / Sed cāterianus deduci debet: ut ab Antonio Antonianus / a Cicerone Ciceronianus / Oratianus / Saluſtianus / et mille huiuſmodi : id quod Priſcianus et cæteri eruditi teſtantur.

Bacchanal.

Celionis legendū eſſe ut Pius aſſeruit.

Cap. CCXX.

PILATVS. Pellionis. et non Celionis : ut

Pius exponit nullibi/ut puto/lectum.

ACHILLES.

I Te ſummoueant q̃ noſtri infamia d ſecli Orbe ſuo tellusq; tibi pontusq; negetur. qui ſenſus Plautinus erit ſi Pellionis legas? nullus profecto niſi Buccaradæus: inſcitus ſcilicet/illepidus/omniq; ordine carẽs: Dixerat.n.ſupra Menehmus. Ligneam ſæpe tritam/ſæpe fixã ſæpe excuſſam malleo: quaſi ſupellex Celionis. Abſurdũ nãq; et ꝓpe inſanum eſſet dicere ſupellectilem Pellionis malleo excuſſam: ut Pilatus amens grãmaticulus legendum admonet. Q͛d aũt Celionem Plautus dicat quẽ Virgilius et fere omnes Celeum appellitãt: nil mirum eſſe debet: ut poetæ cui etiam nomina propria hoc pacto mutare liceat: ſuperius enim modo Stalinum/modo Stalinonem/modo Philolachem/modo Philolachetem dictitare conſueuit. Taceas igitur Pilate/nec hiſcas: quum mera effutias deliramenta: ſomnoq; inſaniæ oppletus ea proferas quibus nec caput/nec pedes cõparent. Quale eſt illud quod inferius ais ſuper eo uerſu. Somno iſaniæ oppletus.

Deosq; deteſtor quadere aut cuius rerũ oĩum

Me neq; iſti malefeciſſe mulieri.etc.

Vbi clamitas furisq; Pium neſcire quid balbu/
tiat/ſententiam elicere conari:quæ nec caput
nec pedes habet. Cæterum ĩ hoc ut in plurimis
doctorum iudicium requirimus : qui ex facili
animaduertent : an Pio magis/an tibi omniũ
ignariſſimo credẽdũ ſit. Quare cõniuentibus
(qđ aiũt) oculis preteribimus : Ne in minimis
quibuscũq; inſtitiſſe inaniter uideamur.

Cap. CCXXI.

PILATVS. Promeriti ſunt legẽdũ eſt:ut ẽt
ĩ Moſtellaria dixit:poſtq̃ ſunt malũ meriti:et
non:poſtq̃ malũ promeritũ eſt ut Pius. etc.

ACHILLES.

Væ iſthæc/malũ/ĩpudẽtia ẽ? Beroal/
dus ergo et Merula cæteriq; eruditi : ꝑ
quorũ manus Plauti codex enatauit
nullã grãmaticæ rationẽ tenuerũt?q ꝓmeritũ
malũ:nõ ãt: ꝓmeriti sũt malũ legebãt. Friuo/
la sũt hæc qdẽ/et ad quæ ſiſtamus ĩdigna. Sed
Pæminoſus. homuncionis pæminoſi arrogantia detegenda
aliquando fuit:ne friuolo argumento friuolis
mentibus illudat.

FINIT APOLOGIA IN PLAV/
TI MENEHMOS.

ACHILLIS PH. BOCHII APOLOGISMVS DECIMVS IN PLAVTI MILITEM GLORIOSVM.

Plautum inuertit Pilatus cui non eſt credendum omnia temere enunţianti.

Cap.CCXXII.

c ARMEN EST PLAVtinũ. Tibi ego dico: an heriatus ne ſis: heus te alloquor Palæſtrio.

Clamitat et more ſuo Piũ inſectatur ĩpudentiſſimus: omniũq; arrogãtiſſimus Pilatus: q̃ an eurita tus corrigat: ubi perperã an heriatus ſcriptũ eſt: contumeliisq; ac iurgiis argumenti aut rationis uice utens Pii ſententiam reprobare nititur: nec auctoritate ulla (niſi propria: quæ tamen nulla eſt) ineptiſſimas argutiolas ſuas cõfirmat et roborat: legẽdũq; ait: feriatus ne ſis. Sed uæ miſello illi grãmaticulo: uæ fœdiſſimis eius ſcriptis: immo nugis: quæ cum famoſiſſimo auctore ſuo mox euaneſcẽt: et laxas ſcõbris

Tẽpus re ſarciri nõ põt. ſæpe dabunt tunicas. Verum ne tempus: quod inaniter tranſactũ reſarciri nũq̃ poteſt; conte/ramus: rẽ noſtrã/ munuſq; iãpridem ſuſceptũ proſequamur: Scire primũ uelim ẽ proſtitute grãmatiſta/ quare Pii ſententiã reiicis impro/ basue? Scio dices: quia nõ petit Periplectome-nus an quicq̃ iuenerit. nec ſentẽtia huiuſmodi cõueniret. quin pſtat ĩ excitãdo Palæſtrione: et inqt: tibi ego dico Palæſtrio/ ut uigiles: nec ocio tenearis: tãq̃ ſi feriatus eſſes. etc. Quibus nos ita reſpõdebimus: imo nõ inqt Periplecto/menus O Palæſtrio feriatus ne ſis: nã frigidiu/ſcule admodũ excitare ipſum uideretur. Quin ut Palæſtrionẽ ipſum magis excitet Periplec/

Eurita/tus. tomenus/ interrogat an aliqd cõſilii inuenerit dicens: tibi ego dico an euritatus ne ſis: hoc eſt inueniſtine quidpiã : ut abũdãtius in cõmen/tariis ſuis Pius expoſuit: hoc. n. a uerbo græco deduci patet: quod eſt ἐυρίσκω i. ĩuenio: a quo Plautus (ut qui in eiusmodi licẽtioſus eſt) Eu/ritatus accepit: quemadmodum alibi Manti-

Mãtici-natus. cinatus dixit ἀπὸ τοῦ μαντέυομαι: quod uatici-nor ſignificat : Nil mirum igitur ſi Euritatus ſcribendum eſſe Pius autumauit: qui ſentẽtiæ primum/ et ſermonis concinnitatem: carminis

deinde iſtius ordinem / ſenſumq; ſolo uerbo inuerſum eſſe animaduertens: ad quod emendandum diligentia maxima/ et dexteritate (id quod perſpiciētibus facile apparebit) uſus eſt: Nec Buccardæo more/ impudentiſſimo uideli/cet/ pro nutu ſuo dictiões ullas reſecare uoluit: duo ſolum elementa mutans: reliqua autem ueluti iampridem uetuſtate conſecrata uerba: ex quibus aptus haberi poſſit ſenſus / haud quaq̄ attingẽs. Sed Pilatus ſimillimos ſui grã/matiſtas imitatus: qui (ut inquit Anticlaudianus) putamine ſolo contenti/ nuclei nequeunt libare ſaporem: quæcũq; ad ſtomachum ſuum teterrimum / fœtutinumq; palatum non faciunt/ reiicit/ inuertit: ſuperflua adiungens/ neceſſaria obelo confodiens: ſi quædam ſcitu: et annotatu digna Pius interpres in medium attulerit ea omni conatu ſpurciſſimis nugis ſuis et lingua uiperea fœdare nititur: ut non immerito ſalſum id Epigrammatici afferri poſſit.

Anticlaudianus.

Obelo cõfodere.

Sic interpoſito uilis contaminat uncto
Aurea lingonicus tyriantina bardocucullus.

Id quod Pilato decẽtiſſime adſcribi põt oium bonorũ hoſti acerrimo / clariſſimorũ uirorum

Euphorbus renatus ī Pythagora.

inimiciſſimo et quemadmodum Euphorbus in Pythagora renatus eſſe perhibetur: perinde et in iſto Homerici illius Therſitis mēs praua ſurrexit: qui (ut eſt notiſſimum) ἔχθιστος ἀχιλλῆϊ μάλιστα ἦν, ἠδ' ὀδυσσῆϊ. τὼ γὰρ νεικείεσκε. αὐτὰρ αὖτ' ἀγαμέμνονι δίῳ, ὀξέα κεκληγώς. hoc eſt. Achillis/ Vlyſſis/ diuiq; Agamemnonis inimiciſſimus erat/ acute clamitās probris eos inceſſebat: peride et Therſites iſte paganus/ qui/ immo Therſite uirulentior Piū: quem Achillem in re literaria merito appelare conſueui:

Achilles in re literaria Piꝰ

et cætera eruditionis lumina impetit/ uellicat: obiurgat/ inſectatur: ſed uæ tibi Pilate: qui in cōcione (ut Therſites) aureo uirtutis et literaturæ ſceptro/ ſpectantibus ridētibusq; achiuis: ſtudioſis uidelicet omnibus ignominioſiſſime uapulabis: et linguam intra dentium ſeptum cōpeſcere cogeris. Sed hinc ad cætera iam deſcendere operæpretium eſt. illud tamen unum minime omittam: Beroaldum hunc Plautinū uerſum aliter legere. ubi. n. Heriatus eſt/ ipſe immeditatus/ ſcribit: nec inconcinne quidem. Verum ſuper hoc periti (ut in cæteris) iudicent uolo: Non enim is ſum qui peruicaci adeo et obdura mēte eſſe uelim/ ut doctioribus cedere

indigner quemadmodum Pilatus: qui doctiſ-
ſimo Pio cæteriſq; non ſolum cedere indigna-
tur: ſed eos continua peſſimæ linguæ ſuæ uiru- Liguæ ui
lentia lãcinare nõ deſinit. O temeritatis hor- rulentia.
rendum et informe monſtrum.

Futilia eiuſdem obiectamenta tãq̃ me-
moratu indigna ommittuntur.
Cap. CCXXIII.

n EC Minus ineptit in tribus obiectã- Obiecta-
mẽtis ſubſequẽtibus: quæ, quoniam mẽta.
contumeliarũ opinionũq; futiliũ re-
ferta ſunt, prætermittam: peruicax nãq; et ce-
rebroſus hic ſeniculus licet inutiliter ut inuen- Cerebro-
tor uideatur et ingenioſus: mauult ſubinde a ſus.
Pio diſſentire: q̃ bono interpreti digitum le-
uare: quæ quidem quum ſcomate, Pſogo, Lœ- Lœdoria
doriaque ſolum redundent: modeſte ab ipſis
declinaui: Vt ſaltem Adoleſcens, uix undeui-
geſimum agens ætatis annum, ſtolidiſſimum
ſimul ac procaciſſimum ſenem linguæ mode-
ſtia uincam. Nec enim talis ſum: ut petulantia
ꝓcaciaue (qua nil deterius eſt) relinqui ægre-
feram. Sed tamen ad præſens fundit ſua mur-
mura liuor: Et famam delere cupit, laudesque
poetæ ſupplãtare nouas, ſaltem poſt fata ſile-

bit. Vt Anticlaudiani uerbis obiter utar.

Mentitur (ut aſſolet) Buccardus:
Cap. CCXXIIII.

ONuellit ficoſiſſimus putidiſſimuſq; hic puerarius carmen id Plautinum.

Puerari⁹ c

Vidiſſe aiebas te oſculantem / atque amplectantem cum altero.

Audetq; proſtituti et ꝓfanati oris/ac tritæ frõtis homũcio ſincerũ (quod aiũt) uas icruſtare: nec de turdo peierare erubeſcit/ut inqt ille: et uanitatibus ſuis antiquũ exemplar prætẽdere: mẽdax manifeſtarius/et in tenui farragine ua/nus: ut Perſião utar adagio. Manus dare/Her/bã porrigere ſum paratus: ſi priſcũ mihi affert Antigraphon: in quo huiuſmodi præſtigiæ legantur: quas mendaciloquus iſte ſenex elemẽtarius/inter grammaticos qualis iter aues Ve/ſpertilio audet pro nutu confingere / credu/lamq; adoleſcentiam implanare nititur. Nihil excultum/nihil inaceſſum / nihil non profanis obuium reliquerunt Beroaldus et Merula Plautiniſſimi/poſt Pium/uiri: qui nobis i hac tota fere comœdia adſtipulantur.

Peierare de turdo.

Antigraphon.

Impla/nare.

Legendum eſſe Plaut. carmen ut
Merula recognouit.
Cap. CCXXV.

PILATVS. Pretiũ ſtat pro uirtute ut ueneat legendum ex cõgruitate ſentẽtiæ et recta grãmatica etc. Nõ ſtatuit cõtra legẽ metri etc. Nec ueniat. ut utrobiq; idoctiſſime legit Pius.

ACHILLES.

Væ/malum/impudẽtia eſt/ita temerariũ agere/effrenẽ/ petulantẽ / Bardũ/Rhadiurgũ : ut calcatis pudoris: et modeſtiæ repagulis Leonẽ mus ꝓuocet/incitatum equũ mulus helcio iugi recutitus/qui nõ arcebatur ab ĩcerniculis. Licebit tetro huic ſcorpioni / fraterculo gigantis omnia fœdare: contaminare/ſubuertere/ac leuibus ineptiolis ſuam fulcire temeritatem? Cenſet adhuc Pius: et ego ſecum ita legendum eſſe reor carmen illud Plautinum.

Effrenis.
Bardus.
Incerniꝰ cula.
Fratercu lus gigã/ tis.

Sicuti merci pretiũ ſtatuit ꝓ uirtute ut ueneat

Quando Merula ita recognouit : cui exemplaris uetuſtiſſimi facultas oblata fuit : Fruſtraq; cornicatur Pilatus:aliter ĩ codicibus antiquis legi : in quo palam mentitur propudioſus literator/ad mendacia cõtumeliaſq; natus.

Inuitauit fortaſſis incautum homullum uer/
bum/ſtatuit:quandoquidem deos legerat nu/
mero multitudinis:crediditq; Plautum unaq;
Ferula pædagogorum ſceptrũ. Pium ferulæ / triuialium pædagogorum ſcep/
tro/manum ſubducere uelle : dictantiq; Buc/
cardo ĩter cateruas pueriles aſſurgere:ignarus
poetas a numero ad numerũ aliquando tran/
ſire:Cuius rei infinita patent exempla.Sed ut
hoc ommittamus:poteſt hic fatum ſubintelli/
gi / uel rei nobilitas / aut aliquid tale : in quo
Poetæ licenter uernant ; et liberiore feruntur
æquore/Grammaticæ placitis non ſemper ob/
noxii.Pium Merulæ auctoritas mouit / ut ni/
hil ĩmutaret : qui nihil Plautinũ edidit/quod
ex probatiſſimis codicibus non elicuerit.Præ/
terea Nonnius Marcellus primi nominis grã/
maticus:in cuius peruetuſto exemplari:qui in
Bibliothecha Bonon. ditiſſima Bononienſi Bibliotecha / diuo Do/
minico inaugurata ſeruatur : ſtatuit legitur:
Quemadmodum etiam Merula recognouit:
et ex fideliſſimo codice mutuatus eſt. Nec ue/
terum exẽplariũ ſcripturam prætẽdat Pilatus:
apud quem nullam eſſe contendo : talia nãq;
pædagogorum profanorum manus non atte/
runt:quæ ſi proferantur/uictũ me fateor.Scio

perfidiam hominis immenſam : qui nec deo
quidē fidē ſeruauit/ Apoſtata reiiculus/ Deorū   Apoſtatā
hoſtis ac hominū: Si uerū eſt quod populatim   reiiculus.
ferūt: hūc/ repudiata pædagogii cura/ ad friti/
culas: et tucceta Cucullatorū conuolaſſe: mox   Friticulæ
ut canis ad uomitū/ et ſus ad uolutabrū reuer/   Tucceta
tiſſe: Galen hoc eſt felē imitatus : quæ quū eēt   Canis ad
tunicata / ex cōuiuio Veneris in muſculos di/   uomitū.
ſcurſātes irrupit/ et ad propriā naturā repeda/
uit. Perinde execrabile mōſtrū Pilatus ad con/
gerrones ſuos/ omniū nefandiſſimorū/ et terer   Conger/
rimorū uitiorum ſpinthrias / relicto Dei cultu   rones.
cōuolauit: apoſtatās/ retractus/ et a fide trāſfu/   Spithria.
ga. Cuius naturam nō exactius pīgere ualui: q̃
hiis pauculis Architrenii uerſibus.   Architre/
Mobilis et nullos ſolide complexus amicos/   nius.
Mente uagus dubia/ nullis niſi fœdius uti
Fœderibus nouit/ odiis alternat amores:
Mutat amicicias/ has exuit/ induit illas.
Hæc dolētis magis effudi animo q̃ ridētis : dū
me cohibere non poſſum: et iniuriā eruditorū
ſurda nequeo aure trāſire.

Cap. CCXXVI.

ſ ED qd hoc grāmaticulorū triuialiū
īpuriſſime ſordidiſſimeq; ? An īpune

abire / et clanculum ſubterfugere poſſe reris? Sta (ſodes) in acie / et aduerſariis armatus obſiſte: Ne in aliquo cauilleris / et te quaſi lubricus anguis euoluas: teſtimoniorũ ſtrigẽdus es uinculis: ne querulus ſibiles. Vnde habes ꝙ Pius aſſerat / ſcribẽdũ eẽ / Veiat? Cur ue Pio errores: qui impſſorũ ſunt adſcribis? Inſanis? Cui mitũ? facis quod ſoles. Nõne Pius Veneat / ꝓ nobilitate ut uendatur / interꝑtatus eſt? q̃uis ubi ueneat eſſe debuit / Veniat / perperã impſſores excuſſerint: codices tritos: quos præ manibus habebãt ſequuti: quorũ quidẽ hoc eſſe uitium quis eſt qui non uideat? Nemo mhercle / niſi tu Pilate amentiſſime / tenebricoſiſſime / cæciſſimeq; omnium quot ſunt / quot fuerunt: quotq; poſt aliis erunt in annis.

Tenebricoſiſſim9

Quod autem ais / Stat / ſcribendum eſſe: ubi ſtatuit / oẽs fere legunt: mera impudentiſſimi hominis ſunt deliria et temeraria iudicia. Nulli bi. n. Stat legitur: ut tu inſanus ac ſomnians grammaticulus autumas: Sed ſtatuit / ſiue ut mauult Beroaldus / ſtatuunt / paſſim oẽs obſeruant. Sed ut audaciſſimus / mẽdaciſſimusq; detegaris / Addamus Pium nec aſſerere / nec inficias ire / et ut exꝑſſius eloquar / nihil ſuper

eo uerbo ꝓrſus ãnotare:in qua re ſi qui ſunt: q mihi fidẽ nõ adhibeãt : ipſius Pii cõmẽtaria legãt/et ſibi ipſis ſatis hoc pacto facient. Tuas uero nugas õ Bucco inter muliercularũ textri/nas cãtato:imo legẽdas ꝓpone i tabernis tuis: ut facilius ꝑ has nænias uulgus indoctũ ꝓuo/ces ad bibendum.

Remigiorẽ apud Plautũ legẽdũ.
Cap. CCXXVII.

n ON erit ſilentio prætereũdum quod paulo poſt audaculus Pilatus nuga/tur : Blaritq; ſe nullibi apud latinos Remigiorẽ uidiſſe:quaſi dicat : Comparatiuũ a remigio formari nõ poteſt. O rẽ ridiculã/et nimis iocoſam/ac dignam ſalibus Philiſtiõis. Hac ratiõe cõparatiuis uti haud quaq̃ liceret: Sed quid hoc grãmatiſta ridiculoſius ? qui ait eã dictionẽ nullibi apud latinos uiſam. O por/tentũ in terras ultimas deportandũ:quaſi lati/na omnia uiderit : eaq; præ manibus habeat: O egregium nebulonem/et auriculatũ aſel/lum:innumeros mihi riſus exciẽtem:qui dum cornibus Pium ſe impetere credit/Barrhinis Apuleianiſue auribus ſuis inceſſit:tantoq; fu/rore in eum fertur:ut inerme ſibi caput exce/

Remi/gior.

Sales phi liſtiõis.

rebret. At repetentes rem noſtrā/concedamus eā dictionē alibi apud latinos non reperiri: cur Plauto uetuſtiſſimo Poetæ cōparatiua huiuſ/ modi nomina formare nō liceat? Quū in illis præſertim prælicēs admodū exiſtat: ut qui ſtre/ nuiorē in Epidico: ueteriorē et puniorē a pœ/ no ꝓtulerit. Beroaldus/ac Merula cū Pio/re/ migiorē/legunt. Nihil autē obſtat in genitiuo poſitiuū a cōparatiuo ſuꝑari una ſyllaba: quod quatenus uerū ſit Priſciāus docet libro tertio. Innoxior.n.dictū eſt/et egregior. Quidā tamē Innoxiiorē duplo: ii: ſcribūt/et egregiiorē: ut Remigiiorem: quæ quidem inter ſcandēdum confluunt/aut exteruntur.

Streuior Veterior Punior. Innoxior Egregior

Mendax Bucco.

Cap. CCXXVIII.

PILATVS. Acroteleutiū.ſcribēdū ē/ et hic et alibi: et nō Acrotelātiū: ut Pius legit.

ACHILLES.

ACtitas ad populū phaleras Buccari/ de: ego te intus et ī cute noui.ꝓinde ī os tuū uerecūdare. mētiris nāq;: ni/ hil.n.ſuꝑ hoc Pi⁹: q priſca exēplaria ſequutus eſt. Mer. Ber. Acrotelātiū cū Pio legūt.

FINIT Apologia in plauti militē.

ACHILLIS PHIL. BOCHII APOLOGISMVS VNDECIMVS IN PLAVTI MERCATOREM.

Ab uno diſce omnia Bucconis errata. Cap. CCXXIX.

MMISI SEXCENTAS ſemiſomni, ne dicã Veternoſi momi hallucinatiões: quæ et ſemidoctis ſomnia (licet eminus) fumi, et nebulæ uideri poſſunt. Sed ut crimine ab uno omnia diſcas: accipe quid garrit in expoſitione illius carminis. Veterno ſus.

Vis ne eã ad portũ? quid potius quod uolã.

Legit, quid potius q̃ uoles, a uolando: ut admoneat Eutychus, ſic cupere Charinũ properrime celeret et aduolet: quæ ſomniculoſi nugonis eſt opinio: qui uigilans dormire ſolitus eſt et dormiens ſcribere. Tu uero Pium: quid potius qđ uolam: legentem ſequere, cui auris eſt lepida nec minus urbana. Et hic erit ſen- Auris lepida et urbana.

ſus. Rogat Eutychus / Vis eam ad portũ? Reſpondet ille. Quid potius quod uolam / pro uelim: quaſi dicat: nihil eſt quod magis cupiã: q̃ ut tu ad portum eas. Et repetitur uerbum ſuperius poſitum: in quo diligẽter errat Aiax hic maſtygophoros: uerueces quidem / et arietes mactans: non Pium: quem nullius unq̃ diſciplinæ error inuoluit. Proinde (ut Architrenii uerbis utar) Incola mergusa quæ madidis ne prouocet alis Surgẽtes aquilas. Quinimmo Palinodiam canat: imiteturq; Stheſicorum inter uituperationes et laudes Helenæ fluctuantem: ut qui detrahẽdo oculos perdiderat: laudando recipiat.

Aiax maſtigophoros.

APOLOGISMVS IN PLAVTI MERCATOREM FINIT.

ACHILLIS PHI. BOCHII. APOLOGISMVS DVODECIMVS IN PLAVTI PSEVDOLVM.

Plautum inuertit (ut ſolet) Buccardus. Cap. CCXXX.

IN HIS PLAVTINIS uerbis loquēte Pſeudolo. Licet nonq̃ ad prętorē atq; curſi currā: lite utar manu. Clamitat, rudit, boatq; ſolito more ſceleſtus hic uerbero, parricida, ſacrilegus, periurus, legirupa: adoleſcētum pernicies, ac populi fraus, omnia uerba hęc inuertēs, atq; immutans. Vbi enim eſt. Atq; curſim curram lite utar manu: Solus ipſe audaculus ſciolus legit, Aeq; curſim curram, licet utar manu. In quo quidem, ut in omnibus audaciam impudentiãq; ſuam facile oſtendit: quippe qui ea ſibi licere arbitratur: quę tot et tanta literarum lumina uix ſibi cōceſſa crediderint. Pius Beroaldi, ac Georgii Merulę ſententiam nitidiſſimã ſequutus eſt. Legirupa.

Sed quid ego in minimis hiiſce diutius inſiſto? inaniterq; auras captare conor? qd Pilati nugis reſpōdeo? Mittēda nobis mhercules iſthæc ſunt delirāmēta: et ut occeperamus/Buccardi ineptiolæ ſilentio/reſponſi uice/ tranſeundæ: quū præſertim belluā icaſſum hyaſſe uideam: candidosq;/et ſtudioſos lectores Pilati inſaniā facile perpenſuros:qui dū eruditos/ et literarū apices taxare nititur/ lynceos cæcos appellitās: cæcus ipſe et hallucita manifeſte deprehendit.

Auras captare.

Literarū apices.

Non uertit codicem Plautinum Pilatus ſed euertit. Cap.CCXXXI.

PILATVS. Bene ego ab hoc prædiatus: ſi bono in bona ſcæna eſt mihi.uerſus hic non eſt in codicibus antiquis. etc. ac plane ſuperfluit.quāq̄ Pius illum. etc.

ACHILLES.

BI iſcitiæ ſomnū ſepeliuerit/omnēq; obdormiuerit demētiæ crapulā Pilatus:ad interpretādi munus accingere tunc ſeſe poterit:nūc aūt ſtertat potius/q̄ loquatur: quū qd dicat ignoret temulētiſſimus Buccardus: eſt enim imperitus uerbis/ſcientia

Inſcitiæ ſomnus.

et ſermone incõditus: nec uera quidem defendere poteſt: cuius nugas, ac deliramenta nihil moror. Quid.n. hoc neſciolo ineptius illepidiusue: qui uerſum hunc nulla ratione, et auctoritate fultus obelo cõfodit: quẽ quũ Beroaldus, Merula, et cæteri eruditi, ut sẽſui neceſſariũ approbauerit: nos illorũ ſentẽtiã et opinionẽ ſequemur: Pilatũq; in impitiæ ſuæ cæno inuolutũ dormitare, ac ſtertere ſinemus: quinta dũ linea tãgitur umbra.

FINIT APOLOGETICVS IN PLAVTI PSEVDOLVM.

ACHILLIS PH. BOCHII APOLOGISMVS TERTIVSDECIMVS IN PLAVTI RVDENTEM.

Cap. CCXXXII.

PILATVS. Non una pondo .i. in ſingulo põdo: ut ruditer exponit Pius illiteratiſſimus: inqens: uirili nãq; genere et fœmineo dicit põdo: et dupõdo. quod quidẽ eſt abſurdiſſimũ.

ACHILLES.

h AVD MIRVM EST ſi excandeſcit Pilatus exclamitatq́; et Piũ cõtumeliis iceſſit. Nihil.n.auctore Macrobio/impatiẽtius ẽ imꝑitia: quæ hominũ quidem animos ſenſim aggreditur: quos quum inſtar hederæ circũambiuerit: retiaculoq́; ſuo irretierit/audaces adeo/et impudẽtes efficit: ut oĩ calcato pudore/modeſtiaq́; idociles/et ĩpatientiſſimos reddat. nimis etenim terribile uidet id quod quiſq́; ignorat. Quãobrẽ ĩ doctos pitosq́; ĩſurgũt/illos taxãt: illos maledicis dictis ꝓſcidũt: et ut imꝑitiæ ſuæ tenebras cælẽt ĩ mille ꝓrũpũt ieptiolas/et mẽdaces quoſdã grãmaticæ fucos: quos dũ recte poſtmodũ euentilamus/tot et tantas errorũ et deliriorũ fœditates et ſtabula repimus: ut ĩ illis ꝑpurgãdis herculaneo ſudore opus ſit. Sed ad rẽ noſtrã repedemus: breuiterq́; et ſummatim Pilati inanus Priſciãi auctoritate colligemus: q mille eſſe triũ generũ aſſerit. Si aũt mille eſt generis oĩs/qđ ẽ ĩdeclinabile: de Põdo ẽt ſimiliter ĩtelligi poterit: triũ uidelicet eẽ generum: q̃doqdẽ ẽ ideclinabile. q̃uis Phocas neutrũ eẽ autumet. Atq Priſciãi ſẽtẽtiæ magis adhæreo. cũ quo malli errare q̃ recte cũ Phoca ſẽtire.

Nihil impatiẽtius imꝑitia.

Fœditas. Sudor herculaneus.

Pilatũ admõet ut liguã paſcat: obiterq; lectorẽ alloqtur ut ab ea ſcabie teneat ungues.

Dormi igit̃ crapulã et exhala Pilate. e reſcipiſce tãdẽ muſarũ ꝓſtitutor: ꝓfiteri cogeris iſcitiã. Demogorgon ſũ: qui tuas furias/ laruas/ uerborũq; portẽta: quæ ructãs q̃ſi p mẽtis crapulã et nauſeãs euomere ſoles: cohibere ualeo. Et ſi Chaina illa caniaue rabie tua redũdãs in ꝓbra deſpumare/ boniſq; maledicere deinceps te ptinaciter iſiſtere pcepero: Væ tibi. i publicæ. n. colluuiõis ſordes inſcitiæq; uolutabrũ cachĩnis/ rõchiſq; ſtudioſorũ ꝓtruderis: nec ore uipeo tabes excreata ꝓficiet: Poſt antidotũ nãq; meã uenena tua non metuẽt. Tuq; lector cãdide uercordiſſimi/ obſoletiſſimi/ mercenariæq; loquacitatis grãmatiſtæ/ ac emortuæ huius uiperæ/ fruſtra caput leuare nitẽtis/ uiruseuita: ne piaculũ cõmittatur par: linguaq; de ueneno cũ bibulis certare uideat̃ auribus: quãdoqdẽ nõ inocẽtius id hauritur/ q̃ euomitur.

Muſarũ proſtitutor. Demogorgõ. Rabies chaina. Loquacitas mercenaria. Aures bibulæ.

ACHILLIS PHI. BOCHII APOLOGIA IN PILATVM BVCCONEM IAFREDINENSEM FINIT.

Virgilii Porti Mutinenſis ad Pium
Diſtichon.

Quid tibi cū Pylade ſi ꝑ te pugnat Achilles?
Aegide non poteras nobiliore tegi.

Bernardini nouelli ad Achillem
Philerotem Tetraſtichon.

Quā bene Pelidæ ſumpſiſti nomen: Achilli
Quis meritis Phileros te neget eſſe parem?
Hunc Bellona ferox: nitidis te fouit in ulnis
Phœbus: Achillæo nomine dignus eras.

Eiuſdem in Inuidum
Diſtichon.

Inuide quid laceras Philerotis ſcripta diſerti?
Alta petunt ſemper liuor: et ignis edax.

Ludouici Nicolini Phanenſis
Tetraſtichon.

Poſtera Peliden Phthium quæ nouerit ætas?
Ni ſit Mœonia ductus ad aſtra tuba?
At tu felſineæ clarum decus urbis Achilles
Aeternum proprio uixeris eloquio.

Bernardinus Nouellus Achilli Bochio
Phileroti Salutem.

m OS Erat apud uetuſtiores nitidiſſi/
me Phileros uti infantes: q̄ primum
nati eſſent: patruis educādi traderē-
tur: ipſi enīuero parētes impēdio(ut fieri aſſo/
let)indulgentiores natorum uerucas/ et neuos
plerūq; uel non uident: uel diſſimulant. Tu
quoq; ueteres imitatus Achilles amabiliſſime
libellum/quem proxima fœtura edidiſti: mihi
recognoſcēdum/et ſi res exigeret: caſtigandū
uolens/libēsq; tradidiſti. Facis tu quidem pu-
dētiſſime(ut ingenuum decet)in hoc multorū
longe diſſimilis: qui Simias imitati ſuos fœtus
quātūlibet deformes/pro formoſiſſimis admi/
rātur. Verū dum ex tam uernanti eruditorum
uiridario me/cui rem tam difficilē/ tāq; arduā
crederes potiſſimū delegiſti: effectum eſt ut ui/
dearis amicum potiusq; tui opis iudicem quæ/
ſiuiſſe. Quæ ī me/dii boni/eruditio ?quod iu-
diciū ?quippe qui primæ adhuc militiæ ſacra/
mento inauctoratus/nō modo nō auſim inter
primas acies ꝓcedere: ſed uix uidear inter ma-
nipulares/aut gregarios ānumerādus. noctuini

RR

enim noſtri oculi non modo caligant ad ſolē:
sed ne umbram quidē paulum ſubluſtrē ferūt.
inscitiam porro noſtrā confiteri ſatius eſſe du-
ximus: q̄ modestiæ præscriptum egredi. malui
tamen abs te mihi omniū iucūdiſſimo inscius
et cæcutiens q̄ negligēs/et inofficiosus depre-
hendi. neq;. n. poſſum tua impia sine piaculo
ꝑterire: ꝑcurri igitur lucubratiões tuas: offen-
di (ita me Dii amēt) ut facilitatē/omniiugāq;
doctrinam ſilētii inuolucro obducā/cum elo-
quentia/tum lepore conſpicuas: et ꝑſcatentes.
nauam nimirum enixiſſime dediſti operam ut
præceptoris tui conſumatiſſimi partes tuerere:
quod uoluiſti feliciſſime cōſequutus. ſcite oía:
omnia opidoq̄ eleganter: mihi ꝓfecto dū hæc
introſpicerem: non modo præter ætatē ſapere
uiſus es: ſed (quod maius eſt) uiridiori adhuc:
merito dixerim: iuuēta/cōſtitutus ſenes etiam
conſultiſſimos ſuperare. ætatis ſtabilimentum
Ingenii amœnitate præcurris Muſophile ſua-
uiſſime: Tu ꝓfecto iter uaſtos/acresq; diſcep-
tationū fragores/ac ꝑcipites literariæ uelitatio-
nis diſcurſus palmā ex eo ꝑlio retuliſti: cuius
te ſpectatorē (ne dicam arbitrū) uix anni pa-
tiebantur. ubi. n. uultus grauis/ac ſeuerus in-

duẽdus eſt: tu tragico ſupercilio/ac tetrica gra/
uitate cẽſorẽ agis: ubi iocoſa ſeriis ĩtermiſcẽda
ſunt: nil lepiditate/ac urbanitate tua iocoſius.
neq₃.n.hæc ab limine ſalutando nugas (quod
multi faciunt) altercãdi cauſa cõmentus es: ſed
attrito ſæpius ſilice penetralia ingreſſus cõplu/
ſculas ueri ſcintillas ſædulus excudiſti. Poterit
iam iam Pius ipſe impẽſiſſime eruditus tanto
diſcipulo conſpicuus nõ modo ſub umbra ſa/
cri tui nominis deliteſcere: ceu olĩ Teucer ſub
Aiacis clypeo (quod Homerus refert) uerũ ẽt ĩ
utrã uolet aurẽ q̃ſecuriſſime dormitare. Quæ
mirum eloquentia/quæ orationis ſeries: tanto
mediusfidius acumine ac ſolertia tua ſplẽdicat
oratio: ut nec ornatui facilitas: nec facilitati ĩ/
uentionũ deſit ornatus. nõ initio tantum ſed
continuo totius operis ſucceſſu memorabiliter
inſignis. omnia (mihi crede) ad Critholai librã
expẽſa: et ad Cleantis lucernam euigilata de/
prehẽdimus. oĩa ſic mihi allubeſcebant (bre/
ui.n.pſtringã quod ſentio) ut ſingula aſpec/
tu tuo digniſſima uiderẽtur. quo ſic fauorabi/
lis es: ut ad fauorem/gratiãq₃ hominum aucu/
pandã natus uidearis: quod de Demetrio Plu/
tarchus memorat: Quare quũ opus tuũ impẽ/

ſa erudicione/ac facundia undecūq; p̄ſcateat: quoſq; literarum cādidatos hortor: moneoq; (ſi tamen monere meū eſt)tua hæc monumēta perlegant: et ſcriptis tuis inuigilantes impenſe ſaginētur. Nā quæ ad ſtomachū faciāt (nō.n. ad gratiā loquor) haud pauca cōperient: tyro/nibus æque/ac emeritis nō modicū ꝓfutura. poterūt.n.frugibus/quinimo eduliis hiſce nō p̄propere concinnatis ad ſatietatē repleri: neq; hæc quiſq̄ reicienda putet qđ ex iuuenis offi/cina deprōpta ſint: miles etenim non ordine: ſed robore pēſandus ē: id quod (ut omittā cæ/tera)Papirii pretextati exēplum admonet: qui puer adhuc (ut Romanæ Hiſtoriæ ſcriptores aſſerūt)hoſtē: ſub quo ueterani cōplures ceci/derāt: obtrūcauit. iniquū ē q̄ppe/ut maximus ille inq̄t: eū nōdū honoribus tēpeſtiuū uideri: qui iam uirtuti maturus exiſtat. Tu autē/nūq̄ ſatis laudate Phileros/uigilias tuas patiaris in medium proſilire: quæ te ab obliuionis iniu/ria q̄ ocyſſime uindicabunt: et meritiſſimum conſecrabunt imortalitati. his ſane omnes (de doctis loquor)obuiis manibus applaudētes ex/cipiēt illecti non minus oblectamenti: q̄ utili/tatis illecebra. ſi qui tamen propudioſi/ac rei/

culi grãmátiſtæ nihil penſi habentes/et in con/
iectura hebetes/ac luſcioſi:ſi qui inq̃ aure rudi
atq; hiſpida/et a literarũ ſtudio prorſus retor/
tidi libidine magis accuſandi:q̃ recte iudicãdi
ſtudio tuas adibunt uigilias(adibũt.n.) deſpi-
catiſſimi erunt apud eruditiores:quorũ mali/
gnitatẽ ſusq; deq; habẽdam ne ſubuerearis te
et oro plurimum:et obteſtor. Hi ſunt ſcioli ac
pſtigioſi uellicatores : qui calcatis uerecundiæ
repagulis cuicũq; etiã clariſſimo q̃moleſtiſſi-
me obſtrepunt:rabioſuliq; obſtrigillatores ui/
tilitigatores/ac nugiuẽdi eruditos quosq; ſub/
ſanãt:et ipſam eruditionẽ hoſtiliter aſpnãtur.
hi poſtremo pfectu cõtabeſcũt alieno:ac liuo-
ris aculeo lãcinãtur. ſed infrẽdant usq; licet : et
buccis pene dixerĩ concrepantibus inſpumãtes
deſæuiãt:horũ tamen uerba:quũ inaniloqua:
infirma/ac lapſitantia ſint:apinis/tritiuilitioq;
diiudicabũtur:ac gerris eẽ ſiculis uiliora.hosq;
(ne dicã ſingula) ægreſcẽs i pſpis maleuolẽtia
ceu tortor ireſtinus iugiter excruciabit.tuo aũt
nomini pennis(ita felix ſim)erit ſecuritas/pin/
de acãtrĩ coryciũ habitãti. Vale:et me i tuorũ
numero iã diu adſcriptũ tenore:quo ſemel oc/
cœpiſti foue. Vale itterum:et me ama.

Ad Lectorem Phileros.

Laborauimus ſūmopere/et pro uirili conati ſumus : ut libellū noſtrum q̄emendatū haberes. Quū tamē illū nuper in manus ſumpſiſſem: ſeduloq; lectitādo euoluiſſem : labeculas nonnullas et errores obeliſco dignos cōperi : quos librarii ab archetypo decidentes (ut mos eſt) admiſerunt. Proinde ſecunda lima ſuccurrēdum eſſe duximus operæpretium:tum ut maleuolis/inuidisq; dectractoribus carpendi anſa et occaſio ſubriperetꝰ:tū ut ſtudioſis omnibus aliqd cōferre diligētia noſtra poſſemus. Vale: et Apologiā noſtrā læta fronte excipito.

Cap.iiii.ubi de dictiōe Paraſtichis fit mentio hoc adde/quod amanuenſes ꝑtermiſerāt. Scito autē Paraſtiches in Pii cōmentariis impreſſis Pilatū legere:quū Paraſtichides exemplaria Pii continerent:q̄uis et Paraſtiches latina declinatione defendi poſſit:ut tamen idē ſit quod Paraſtichides.

Ibidem in uerbis Suidæ citatis ſcriptum eſt: ἀερομένου : pro:ἀερουμένου.

Cap.vi,auctore ī Phœniſis Euripide:ſcribe:

Phœniſſis:per duplex.ſſ.

Cap.xii. nũquid ſcazontis ſedem quintam Trocheus ingrediatur:ſcribẽdum eſt:nũquid ſcazõtis ſedem quintam Trochæus, aut Spõdæus ingrediatur.

Ibidem. In cuius ſede quinta non Iãbus/ſed Trocheus poſitus eſt.ſcribe:nõ Iãbus ſed ſpõdæus/aut Trochæus poſitus eſt. Paulo īferius Trochæus ab hoc auctore ponit. lege. Trochæus uel ſpondæus ab hoc auctore ponitur.

Ibidem. In penultima coliambi ſede. lege. choliambi:per:ch.

Ca.xxviii.uellare cõtẽdit:ſcribo:uelare.

Cap.xxxvii. Exempla deficiens: Corrige exempla deficient.

Cap.li. Eodem drãmate:scribo:dramate.

Cap.lv. δέοντος.corrige.λέοντος.

Cap.lx.et Augei ſtabula:corrige:Augæ ſtabula.

Cap.lxi. πρὸς λυρᾶς:legẽdũ:πρὸς λύραν.

Cap.lxii.Iritaſſo:ſcribẽdũ:irritaſſo/duplo.r.

Ca.lxxiii.ἀβροδιαίτος:corrige:ἀγροδίαιτος.

Cap.xcv.ut uiridaria:corrige:et uiridaria.

Cap.cvii. αἰτὸν κάνθαρος μεύνται. ſcribe αἰτὸν κάνθαρος μαιεύεται.

Cap.cxi. Vbi indicatũ cauſa condemnatũ: lege:ubi indicatũ indicta cauſa condemnatũ.

Cap.cxviii. ἄυτοσ ἴφα : ſcribe ἀυτὸσ cum accentu graui.

Cap.cxxiii. Ergasilus perperam:lege:ergásilum perperam.

Cap.cxxiiii. Inter lagona nanũ:scribe lãgona nanũ:uel lãgona uiuũ ut qbusdã placet.

Cap.cxxv. ἴαρ εἶ ποιῶν,corrige ἴαρ οὐ ποιεῖ.

Cap.cxxxi. Latumiæ dictæ ꝙ lithas temnite. Scribendum græce : Latumiæ dictæ ꝙ λιθὰσ τέμνεται.

Cap.cl. Gorgonas imitaret. Scribe. Phorci filias imitaretur. ne discedas a Didymo.

Cap.clxii. Pedicas, et abyſſus. Legere potes. pedicas,et abyſſos.

Cap.ccxxii. Aurea ligonicus. corrige. Vrbica lingonicus.

Leuioribus candide Lector
ignoscito.

AD MAXIMVM AC SACROSANC-
tum Antiſtitem Achillem Craſſum Bo/
nonienſem Veiorum Epiſcopum me/
ritiſſimū Achillis Philerotis Bochii
Bononienſis Epiſtola.

i NIVNXERANT Mihi quī/
dam ex amicorum decuria præ
cipui/ tuæque ſublimitatis de/
merendæ propenſa uoluntas:
prouinciā ſane laborioſam: ut
Ciceronis ſcilicet uitam/quæ Plutarchū aucto/
rem recognoſcit: poſteris cōmendarem/chal/
ceisq; typis excudendam curarem: quū ea quæ
præ manibus habet auctorē habeat Arretinū:
non interpretem. Illud potiſſimum efflagitā/
tes: emēdata q̄ primum in manus hominum
me adiuuante ueniret. Feci quod potui: Et ſi
deficiant uires: audacia certe laus erit: in ma-
gnis et uoluiſſe ſat eſt. Amicis nedum poſtu/
lātibus/ſed expoſtulantibus morem gerere co-
natus ſum. q̄q̄ ſudor non mediocris/ et labos
occurrerit: dum tineas/ et blattas oppugnare
ſubinde contenderē: et ab earum dentibus li-
bellum ipſum extorquerem. Eas attamen deo

optimo maximo annuente eiecimus:proſtra/
uimus:uicimus. Ex quibus tandem profliga/
tis / ac deuictis / ingenteis has prædas / opima
hæc ſpolia/non ſine exultanti ſtudioſorũ om/
nium plauſu / conſonoq; ſuffragio tibi / non
ſecus ac Ioui Feretrio conſecrare decreueram:
Verum detinuerat me (fateor) apicis tui ma/
ieſtatiua ſublimitas. Quippe quum maximis
non niſi rebus maximos uiros prouocãdos eſſe
mecum ipſe repeterem. Quãuis igitur tui me
deterruiſſet magnitudo: multa tamen illa / ti/
biq; igenita inuitauit humanitas:qua ego po/
tiſſimum fretus iſthanc Ciceronis uitam/mo/
do e blattarum morſibus extractam / et a pul-
uereo ſitu redemptam dignationi tuæ dicaui.
Hoc mores tui / quibus Lælium / Catonemq;
temperie dexterrima refers / expoſcunt: Hoc
eruditio ſingularis: Hoc in eruditos propen-
ſum ſtudium: Hoc ingenii uerſatilis acumen:
ac non cedens Scipioni dexteritas / comitasq;:
et in omnibus/uel maximis obeundis peruigil:
atq; indefeſſa ſolertia: Hoc Craſſæ Bochiæq;
familiæ tenacia immortaliaq; iura ſanguinis:
quæ deleri nõ poſſunt: efflagitant. Hoc Iulii
genitoris mei in te cultus:necnon amor ardẽ/

tiſſimus affinitatis glutino copulatus: q quo-
tidie magis in te colendo ſcintillat / et ardet:
nec in te ſolum: ſed omnium uirtutum nobili-
tatūq; fulgētiſſimo fratre tuo Agamemnone:
nūq̄ ſine honoris præfatiōe nominādo / eque-
ſtri ſenatoriaque dignitate coruſco: quas ipſe
nō minus ornat q̄ ab iis ornetur. Munuſculū
quidem hoc paruum eſt / et tanto (fateri enim
liceat) flamine perindignū: mox aggredi ma-
iora fert animus. Itaq; dum ſpiritus hos reget
artus / dum uitæ huius fruemur commeatu:
ſpondeo / promitto / polliceor / te mea lingua
reſonabit: tibi mei dedicabuntur labores: tibi
ſudabit ingeniū: nulla erit pagina quæ Achil-
lem Craſſum non ſonet. Accipe igitur eminē-
tiſſime antiſtes quicqd ad te munuſculi Achil
les tuus mittit: Et ſi paruulum fortaſſe uide-
bitur / ac dignatione tua indignum: memento
lacte illos molaq; ſalſa litare qui non habent
thura: nec ulli uitio fuiſſe deos colere quoquo
modo poſſet. Vtcūq; erit: iuuabit tamen me-
moriæ principis eloquentiæ pro uirili parte et
meipſum conſuluiſſe: literariāq; facultatē eni-
xe iuuare uoluiſſe: Diogenem imitatus: qui:
quū cæteri ſatagerent / doliū ſuum uolutabat:

ne in cõmuni negocio deſidẽ agere uideretur. M. Tullii facundiã : Plutarchi Cheronenſis omnifariam eruditionem laudare ſuperſedi. ad materiæ quippe dignitatem / et auctorum meritum parum eſt omne quod dicitur. VALE eruditorum Achilles: et Achillem tibi addictum excipe.

MARCI TVLLII CICERO/NIS VITA AVCTORE PLVTARCHO.

a

T CICERONIS MA/trem fuiſſe locupletem / et ſplendidam uitam egiſſe fe/runt. De patre nihil certum proditum eſt. Sunt qui di/cant eum in taberna qua/dam fullonaria genitū / et ibidem ad uirilem usq; ætatem educatum. Alii genus ſuum usq; ad Tullium Appium referunt / clarum Vol/ſcorum regem: qui primus gentis huius Cice/ro dictus eſt: et tanta laudum celebritate pol/luit: ut eius deinde poſteros ab eo cognomina/ri Cicerones / non puduerit: immo id cogno/men auide complexi ſunt: Licet hæc a nōnul/lis ludibrium quoddam uideretur. Eſt enim cicer / unde id deductum eſt nomen / quædam leguminum ſpecies. Nam Cicero prior: a quo gentis huius origo funditur / hoc cognomen ſumpſiſſe traditur / eo qđ in poſtrema parte naſi ingenitam ſciſſuram obtuſam in modū

Taberna fullonaria

Tullius appi Rex vol
primus Cicero dictus.

Un Cicero dictus.

ciceris habuit. Cæterū hic Cicero de quo nunc
agitur quum primas dignitates Reip. cœpiſſet
attingere / et a beneuolis ſuis crederetur id co/
gnomen / aut omnino euitaturus / aut in aliud
tranſumpturus / iuuenili quadam audacia di/
xiſſe traditur: ſe certaturū / ſplendidius Scau/
ris atq; Catulis Ciceronis nomen efficere. Sici/
liæ quæſtor quū argenteū uotum Diis ſolueret
poſt priora duo nomina Marcū atq; Tulliū:
quæ in eodē literis notabātur: pro tertio iocoſe
iuſſit opificē Cicer incidere. Hæc ex ipſius co/
gnomine apud hiſtoricos habita ſunt. In lucē
editū eū memorāt nullo puerperii dolore / nul/
liſq; uteri materni āguſtiis tertio Cal. Ianuarii:
qua die nūc primores urbis ꝓ ſalute ſui princi/
pis hoſtiarū litatione: publica uota ſuſcipiūt.
Eius nutrici phantaſma quoddā uiſum ferūt:
atq; loquutū eā uniuerſæ Reip. ingēs cōmodū
alere: Quod quū uanū quoddā ſomniū uide/
retur / extēplo ille ad ætatē erudiendi profectus
uerum fuiſſe portentū oſtendit. Nam ingenio
cæteros præueniens pueros incredibile nomen
adeptus. Vnde nōnulli ſuorū ſodaliū genito/
res ea permoti fama ſcholas ad ludi præcepto/
rē adibant: Vt fas ipſis eſſet Ciceronem oculis

Siciliæ quæſtor Cic°.

Naſcitur cicero nullo parientis dolore.

phantaſma.

intueri / fideq; acutiſſimi eius ingenii atq; diſciplinæ captare. Alii ruſtici magis, indocti magis iracūde ſuos obiurgabant liberos / quū honoris loco eos aſpicerent per urbis uicos Ciceronē mediū intra ſeſe tenere. Natus ergo tali ingenio Cicero quale fingit Plato artiū liberaliū capaciſſimū: ad nullū literarū genus ineptus ad poeticā fluxit promptior. Eius adhuc pueri / paruū licet / ſeruatur opus Pōtius Glaucus tetrametro uerſu conditū. Procedente deinde ætate adeo ornatus ſe his curis inſeruit: ut non ſolum orator / ſed Romanorum omnium Poeta optimus iudicatus ſit. Verū Rhetoricæ gloria ſibi nūc usq; ſeruatur: quū i dicēdi præceptis et eloquētiæ copia eius inſtitutio nō parū eluxerit. Poetica autē quoniam ſuperarent nōnulli clariſſimi ingenii uiri: qui excellētiſſime i ea floruerūt oīo obſcura et ignobilis piit puerili cōſuetudine acta. Philonē academicū quē Romani iter primos Clitomachi cōſuetos ob ipſius eruditionē egregiā celebrarūt / et ob humāitatē iucūdiſſimā enixe coluerūt. Cōueniebāt tū pariter ordinis ſenatorii populares ac optimates eos uiros: q ɔſuetudīe Mutii fruebātur / a qbus īſtitutis legibusq; urbis īſtructus ē.

Ad Poetica fluxit.

Poema Ceronis.

Orator z Poeta.

Philo academicus.

Egit ſtipendia ſub ſylla.

Bello Marſico ſub Sylla tempus quoddam ſti/
pendia egit. Sed mox animaduertens ciuium
ſuorũ ſeditiões/et quibus rẽp. inuictã monar/
chiã ruiturã nouerat: ad quietũ ociũ literarũ
ſeſe contulit. His ſimul curis eruditos quoſdã
græcos uiros priuatim adhibuit: cũ qbus una
erat: nec prius hunc uiuendi morẽ dimiſit/q̃
uictor Sylla fuiſſet/et in ſtatum quẽdam urbs
rediiſſe uideretur. Sub hac tẽpeſtate Chryſo/
gonus libertus ſub haſta Syllæ bona cuiuſdã:
qui ex proſcriptione cæſus uidebatur duobus
milibus drachmarũ emit. Quod quũ Roſcius
filius/et defuncti hæres grauiter ferret/et du/
centorũ et quinquaginta talentorũ eadẽ eſſe
probaſſet/redargutus Sylla ægreq; cõmotus
ſubornato accuſatore Chryſogono parricidii
Roſciũ poſtulauit: Aderat nemo qui defende/
ret Roſciũ/auertebanturq; omnes: quiſq; Syl/
læ odium timens. Nudus ergo patrocinio Ro/
ſcius ad Ciceronẽ cõfugit. Beneuoli tunc om/
nes ad ſuſcipiendã hanc cauſam hortabantur:
uelut alias nihil aptius/nihilq; cõmodius ad
primũ ſplendorẽ ſui nominis eſſet inuẽturus:
Suſcepto itaq; Roſcii patrocinio/uictoriã cũ
ſũma laude nactus eſt. Verũ Syllã tantiſper ex/

Ad ociũ literarũ ſe contulit.

Victor Sylla.

Chryſogonus libertus.

Roſcius.

Roſcius parricidii accuſat. a chryſogono: defendit a Cicerone.

timeſcens in græciã proficiſcitur uulgo ſimu/lans qđ ad rẽ curandã malæ ualetudinis urbẽ egredi cõpelleretur:et quippe ſtomachi crudi/tate:uiribus exiguis fuit/et macilẽtus:parciſſi/mo cibo/eoq; plerũq; uiſcoſo/i horã etiã pro/ductiorẽ uſus ẽ: Vox ipſius multa ac bona ſed aſpera/ac icõpta quũ eius ſermo uehementiã aut affectũ haberet: ea ad ſuperiores expulſa tonos præbebat ut præcordiis timeretur. Athe/nas ut attigit inuentione ſimul et mira linguæ ſuauitate Antiochi Aſcalonitæ allectus/eius auditor fuit: licet ea quæ ille circa p̃cepta no/uiter agitabat haud probaret. Iam.n.nouam academiã exierat Antiochus/et Carneadis ſec/tã reliquerat/permotus/ſiue actibus/ſiue ſen/ſibus/aut (ut quidam tradunt) ambitione/uel diſcenſione quadã aduerſus Clitomachi atq; Philonis ſectatores. mutatus enim Antiochus Stoicam rationem aſſerebat in plurimis. Sed et Ciceroni placebãt illa illiſq; plurimũ hærebat: magis etiam meditatus: ſi omnino a publicis negociis eiiceretur huc ex urbe ac foro tranſ/latus/in quieto Philoſophiæ ocio uiuere. Poſt hæc quum exercitatus gymnaſiis/et iam ad ualetudinem lætam deueniſſet/uocemque et

Proficiſcit in Greciam

Valitudo habitudoq;

Qualis vox.

Antiochũ Aſcalonitam audiuit Athenis

auditui ſuauem/et ad habitum corporis accõ/modatam ſatis effeciſſet: et firma mors Syllæ ſibi nunciata eſt. Igitur quum adeſſent ab ur/be beneuolorum ſuorum literæ: quæ eum ad ineunda negocia Reipu. excitabant. Præterea quum ipſum idem admoneret Antiochus/ite/rum uelut organũ quoddam oratorias artes: quibus potentiã Reip. agitaret: perpolire ma/gnopere curauit. Tantiſper ergo nauigat/pri/mũq; apud Aſiam clarorum Oratorũ Xeno/clis adramantini/Dionyſiiq; magneſii/et Me/tripi carii conſuetudine uſus eſt. Deinde apud Rhodum ad Apollonium Molõis clariſſimũ oratorem / et Poſſidonium illuſtrem philoſo/phum ſe contulit. Hic traditur Apollonium: quum latinæ linguæ expers eſſet / rogaſſe Ci/ceronem ut græce declamaret / quod Cicero: quaſi exiſtimaret hinc emendatior fieri/libens complexus eſt. Quum itaq; declamauiſſet: cæ/teri in ſtuporẽ adducti de laudibus Ciceronis intra ſeſe certabãt. Sed Apollonium ferunt iã primum ex admiratione ingenti in tantã mẽ/tis confuſionem prolapſum/ut illum orantem nec intelligere poſſet: et facto dicẽdi fine ſecũ meditantẽ per multã horã tacitũ ſediſſe. Inde

uero prorumpente Cicerone ſilentium dixiſſe memorant. Te nēpe Cicero et laudo et admi/ror: ſed græcorū fortunæ me miſeret/quū ui/deā eruditionem et eloquentiā: quæ ſola bo/norum nobis relicta erant: per te Romā acceſſiſſe. Cicero igitur ſpei plenus ad curas Reip. pronus ferebatᷣ: ni eius impetus diuino quodā oraculo retardatus obtuſusq; eſſet. Nā quum Delphis rogaſſet Apollinē quid acturus glo/ria ſplēdidiſſimus poſſet fieri: reſpōſum tulit: ut naturā ſuæ uitæ ducē/nō multorū opinionē ageret: quāobrē horum memor primū reditus ſui tēpus cōſulto dixit/pigreq; publicis digni/tatibus uelut eas quodāmodo in contēptū ha/beret/ingerebatur: græcū et ſcholaſticū ſe au/diēs appellari/quæ uerba in ore rudiū opificū de ſe crebro facileq; diuulgabātur: honorū ta/mē deſiderio quū natura flagraret a genitore ſimul amiciſq; oībus incitatus forēſibus cauſis ſeſe obtulit/in qbus nō paulatī ad ſūma puenit. Sed extēplo gloria clarus emicuit: nō parū a cæteris differēs: q quū ī foro obuerſarēt fer/tur et hūc primū ī pnūciatiōe nō minus q̄ De/moſthenē laboraſſe. Vnde oī cura et Roſciū comicū/et Aeſopū tragœdū obſeruaſſe tradit.

Hũc Aeſopũ memorãt quũ in theatro aliquãdo repreſentaſſet Atreũ conſultantem de ſupplicio Thyeſtis : ex ingenti dolore mentis impotem quendam ex miniſtris quod ipſe non obſeruato tempore celerius aduentaſſet: ſceptro percuſſiſſe/interfeciſſeq;. Non parua deinde licentia perſuaſionis ex pronunciatione Cicerõi fuit. Aduerſus oratores magno clamore uti ſolitos/hoc ſchemate uſus eſt: qđ penuria uiriũ i clamores ueluti claudi ex debilitate mẽbrorũ equis inſiliũt. Eius ingenii agilitas i eiſdem ſchematibus iocisq; primo facetũ dulcẽq; eũ præſtitit: inde nimis inſolẽter his utens pleroſque acriter offendit: et in opinionẽ aſtus ac uerſutiæ ea urbanitas uerſa ẽ. Quæſtor ꝓ frumẽtaria deſignatus/ſortitusq; Siciliã in miſſione frumẽti/quã apud urbẽ agere coactus erat: pleriſq; ſiculis moleſtus grauiſq; primum fuit. Sed mox quũ eius integritatẽ beneuolentiã ac humanitatẽ experti forent/ eũ ueluti neminẽ ex aliis ducibus ſuis honore ſũmo dignati ſũt. Sub idem tempus nonnulli ex inſigni Romanorum iuuentute claris parentibus nati rei ad prætorẽ Siciliæ reiecti ſunt/qđ in militia molles/qđq; male ſeruaſſent aciem/quia quũ uo-

carentur ad iudicium patrocinii ſui operam præbuit his Cicero : uotoq́ꝫ potitus eſt. Igitur hiis magis elatus Romam rediens in ridiculũ quoddam incidit. In Campania enim quum uiro cuidam claro/quem ſibi beneuolum putabat/obuiam fuiſſet/eum rogitat : quæ ratio de rebus a ſe geſtis Romæ haberetur : et quid ciues de ſe ſentirẽt : ueluti qui factorum ſuorũ gloria totam impleuiſſet. Sed ad hæc ille. Vbi inquit Cicero tempus hoc egiſti ? Tunc uero perterrefactus Cicero eſt/qđ in urbem:tãq̃ in uaſtum pelagus ſermo rerum a ſe geſtarũ ingreſſus/nihil ad ſplendorem nominis ſui attuliſſet:unde poſth ac eadem ſecum reputãs non parum ab honoris cupiditate repreſſus eſt:uelut ad infinitum et inacceſſibilem quendam terminum pro gloria ſibi certãdum foret. Sed nihilominus laudum ſuarum lætitia et urgentiſſimus nominis illuſtrandi in omne tempus perſeuerauit. Sæpiusq́ꝫ in ea re ita immoderatus fuit ut de recta ſua ratiõe pleroſq́ꝫ terreret. Quamobrem enixius ad remp. uerſus eſt : in qua cura quum turpe extimaret opifices / qui inſtrumẽta ac uaſa inanimata tractarent:nullius ciuis ſiue nomen/ſiue uillas/ſiue ſubſtan-

tiam ignorare. Eum uero/per quem ciuiles áctiones agendæ eſſent eorūdem inſcium eſſe ac negligentem: ſollertem operam hiis impēdit: unde non ſolum appellationes ciuium ſibi domeſticas fecit: uerum loca ubi quiſq; ex notis ac familiaribus ſuis diuerteret/ quos poſſideret fundos: quorum amicitia frueretur/quosq; uicinos haberet: optime didicit. Quare facillimum ſibi fuit omnem Italiam peruaganti uicinorum ſuorum agros ac diuerſoria dicere: monſtrareque ſubſtantiam paruam licet. ſed ſumptibus ſuis quum ſatis cōcinnam haberet: admirationi eſt habitus: quod neq; mercedes: neq; numorum quidq̄ in actionibus forenſibus caperet: tumq; maxime quum Siculorum cauſam egit in Verrem. hūc Verrem/qui quū Siciliæ prætor eſſet plurima infanda per inſulam omnem perpetraſſet: absq; iure dicendo conuicit: nouum ipſe cōmentus iudicii genus. ob gratiam enim Verris quum iudices ambagibus ſuis in ultimum diem dictionem cauſæ protraxiſſent/ qđ manifeſtum foret ad eā dicendam id non ſufficere tempus: ſic quoq; illū integrū habiturum. ſtans Cicero: non orationibus inquit opus eſt: ſed productis ī medium

teſtibus:probatiſq; iuſſit iudices ſentētiā ferre. Memorantur multa iocoſa in hac cauſa obtigiſſe. Verrem Romani ſuē inexciſſum uocāt. Libertinus quidam Cecilius nomine:qui cum Iudæorū cultu ſentire ferebatur: quicq̄ Verrē criminari ſtudens per medios Siculos locū ſibi quærebat ad iudices. Circa tribunal aſtabant illi ſuæ cauſæ ſolliciti:quare quū id perſpiceret Cicero/uerſus/quid Iudæo cōmune eſt:īquit: cū Verre ?Erat Verri filius:qui notam tulerat formæ ſuæ minus liberaliter proſtitutæ. Quū itaq; Cicero cōtumelioſe a Verre molliciei arguerētur:cū filiis domi intus/inquit/tractāda ſunt. Orator Hortēſius recte defendere Verrē nō auſus/quo tandē mulcta ītereſſet mercedis loco Sphinga tulit eburneā. Cōgruū ergo huic muneri a Cicerone ſcōma ꝓtulit. Nā quū ille forte dixiſſet ſe ad hæc ænigmata ſoluēda īexpertū eſſe. Atq mirū quū teneas domi ſphīga? Sic ergo dānatus Verres eſt Cicerōis iuſſu ſeptingētis et quinquaginta milibus ſeſtertiis. Ob quod Cicero non expers calūniæ fuit:qđ largitione corruptus eā mulctā tam parui exiſtimaſſet: nihil tamen minus gratias ſibi egerūt Siculi:et eo ædili multa ſibi ex inſula miſerunt

tulerūtq;:quorum in rem ſuam nihil ipſe cō-uertit. Sed tantum eorum liberalitate abuſus eſt quantum faciliori ſumptu apud forum res uenalis exponeretur. Poſſedit Arpini uillam et quidem amœnam/agrūq; iuxta Neapolim: itemq; fundum in Pompeianis:nec hos longe amplos. Ex dotibus Terentiæ uxoris ſuæ cen-tum milibus ſeſtertiis auctus eſt. Hæreditatem præterea quādam denariorum nonaginta mi-liū hiis accumulauit:quibus omnibus libera-lem ſimul atq; honeſtam uitam cum hiis græ-cis ac ciuibus ſuis agebat:quos eadem ſtudiorū deſideria ſibi copulauerant. Aliquando / per-raro licet / ante occaſum ſolis in cubiculum ſe recipere ſolitus eſt:non tam uacationis cauſa: q̄ mala ſtomachi ualetudine. Circa cæteras corporis curas ſolers ac moroſior habitus eſt: Vnde fricationibus/et circūuagatione nume-ratorum paſſuum uti ſolitus eſt. Hiis rudimē-tis ipſe ſui corporis habitum ita roborauit: ut ad multa magnaq; certamina ſe ualidum red-didiſſet. Domum quam e patrocinio habuit fratri conceſſit. Ipſe iuxta palatium habitauit: ne qui eum ſalutatum irent longitudinem uiæ grauarentur. Quotquot.n.diebus non pau-

ciores. Limen eius adibant q̃ hi: qui ex diuitiis Craſſum ſalutabant ſeu ex potentia militari Pompeiũ: qui duo tum omniũ erãt maximi: et in admiratione cunctorũ ciuiũ habebãtur. Atqui et ipſe Põpeius Ciceronẽ ſalutatũ ibat. Nãq; ad ipſius potentiã/atq; gloriam publica Ciceronis adminiſtratio nõ parũ auxilii tulit. Quũ præturæ multi ac maximæ dignitatis uiri Ciceroni competitores eſſent / ipſe longe omnibus prælatus prætor deſignatus eſt: neq; ĩ eo magiſtratu parũ ſplendidum atq; integrũ nomẽ geſſit. quippe Licinius Macer uir / et potẽtia ſua et fauoribus Craſſi ualidus/reus peculatus apud Ciceronẽ actus eſt. Hiis ergo ſtudiis magnitudinis ſuæ fiſus/et ſimul iudicibus: quos ĩter ſe diſſentire comperat / domi ſe recepit / et confeſtim mentum abradit: atq; uelut ſuperior in cauſa euaſiſſet / nitida ſtola amictus redit in forũ. Intet hoc apud prætoriũ occurrit ei Craſſus / ac nunciat/ut ille omnibus ſentẽtiis iudicum damnatus eſſet: quo accepto Licinius ingenti dolore oppreſſus occubuit rediens / moxq; ægra nece cõſumptus. Quãobrẽ per totam urbẽ hic rumor delatus diligentiam ac integritatem Ciceronis in iudiciis recte ſer/

T

uandis paſſim effudit. In qua re nec illud etiã fruſtra Vatinius/qui guttur maculoſum habe/bat/in patrociniis ſuis aſperi quodãmodo fuit ingenii. Præterea nec uilipẽſionis aduerſus iu/dices parcus. Igit̃ quũ hic aliqua poſtulaſſet a Cicerõe / nec illi Cicero cõceſiſſet/ſed ꝑ morã illa ſecũ uolutaret/dixiſſetq; ille: nequaq̃ ego de hiis ambigerẽ Cicero ſi prætor eſſem. Ad eũ Cicero: Atqui Vatini / reſpõdit/tale gutt̃ ego non habeo. Eodẽ in magiſtratu quũ Ciceroni bina aut amplius tertia dies ſupereſſet. quidã Maniliũ repetũdarum reũ apud Ciceronẽ po/ſtulauit. hic Manilius plebis animos ſibi cõci/liauerat / qđ ob Pompeium accuſari creditus eſt: erat.n. Pompeio amicitia iunctus. quum igitur Manilius ad dicẽdam cauſam legitimũ dierũ tẽpus expoſceret / eam unicam diẽ quæ adminiſtrationi ſuæ ſuperat Cicero præſtitit: quapropter quũ id grauiſſimũ plebi eſſet (nã mos erat prætorũ reis non pauciores decẽ die/bus dicere) Tribuni apud ſe ſe obnoxiũ Cice/ronẽ citant. Tum Cicero ut ſe audirent depre/catus / omnibus inquit reis quãtum mihi a le/gibus ꝑmiſſũ eſt ſemꝑ humanus clemẽsq; fui. Vnde turpe exiſtimarẽ eadẽ quæ cæteris. Ma/

nilio non præbuiſſe: cuius diei poteſtatem præ/tor habui eam ſerio Manilio dixi. Ad alium quippe prætorem cauſam reiicere uiri non eſt: qui ſtudeat reo opitulari. Hiis ergo dictis mi/rum in modũ mutauit animos plebis. Tribu/ni plurimas gratias quum egiſſent/eum rogãt patronus Manilii defenſionem ut aſſumeret: quod Cicero nõ nihil etiam ob abſentẽ Pom/peiũ grate ſuſcepit: ex quo patres miſſos agẽs enixe plebem aſſeruit: aduerſus paucos eos ci/ues: apud quos rerum ſumma uertebatur: qui inuidia Pompei æſtuabant. Ad conſulatum tamen non minus ab hiis optimus/q̃ ab omni plebe ſublatus eſt ob diſcrimen ingens quod hinc imminere Reip. compererant. Quum .n. res urbis / quæ ſub Sylla mutatæ fuerant pri/mo deſperarẽtur ut pditæ/deinde parti cõſue/tudine/parti lapſu tẽporis quãdã formã ſtatus aſsũpſiſſe uiderent/fuere: q nõ publico cõmo do/ſed priuatis affectibus ea ſubuertere moli/rẽtur. Põpeius tũ apud põtũ et Armenios ex/ercitũ ductabat. Vnde Romæ ad tumultus ſe/dãdos copiæ ferme nullæ. Hi prĩcipẽ ſui facio/ris habebãt uirũ audacia sũma magnis inhyã/tẽ/moribus uariũ. L. Catilinã: q præter cætera

nefanda ſcelera' quibus obuolutus erat / hac-
tenus infamiam crimenque tulerat / qđ filiæ
uirgini cõmiſcuiſſet: et cæde fratrẽ opp̄ſſiſſet:
cuius rei iudicium timens/Syllæ ſuaſit/ut eum
uelut adhuc uiuentem proſcriptorũ numero
adiiceret. Hunc igitur ducẽ quum ſceleſti ſibi
comparaſſent / et aliis fidẽ inter ſeſe firmant:
et guſtu carniũ uiri a ſe mactati / ab eo pleraq;
urbis iuuẽtus corrupta erat: cuiq;.n. uolupta/
tes/potus/mulierũ libidines: præterea ad omnẽ
luxum aliunde ſumptus ſuggerebat: Ad rebel/
lionem Ethruria omnis/et pleraq; pars Galliæ
Ciſalpinæ inclinabatur. Erat et urbs/ob uarias
ac inæquales fortunas/rebus ĩnouandis lubri-
ca. Nam hii clari dignitatibus / ac pompa in
theatris/in cõuiuiis/in uoluptatibus/in ambi/
tionibus/atq; in ædificiis ad inopiam redacti:
Alii quum diuitiis florerẽt ignobiles tum atq;
infirmi habebantur. Itaq; parui momẽti erat:
ut qui penitus audacia præſtaret: Rẽp. in ſeſe
ægrotam opprimeret. Sed nihilminus cupiẽs
Catilinã ad p̄ficẽda cœpta tutum quoddam
propugnaculum præoccupare/cõſulatũ petit
ſpem concipiens ut omnino cum. C. Antonio
conſul deſignaretur/qui uir erat/ut in neutrã

bonorum ſiue malorum partem ſe ducem præ/
buiſſet: ſed qui alterius potẽtiam eſſet ſequu/
turus. Hæc igitur quũ bonorũ pleriq; animis
præuiderẽt ad conſulatum petendũ Ciceronẽ
erexere: qui quũ a plebe prõpte ſuſciperetur:
Catilina a ſpe decidit: ideq; cum. C. Antonio
conſul declaratur: quod nõnullis admirationi
fuit: quũ ex oĩbus cõpetitoribus ſuis alias ſo/
lus Cicero non ſenatorio. ſed equeſtri ordine
paternũ genus duceret. Hiis actis Catilinæ cœ/
pta paululũ repreſſa ſunt/ac ciuiũ pleroſq; la/
tuere. Cæterũ cõtẽtiones nõ paruæ in cõſulatu
Ciceronis exarſere. Nam qui hactenus a Sylla
dignitatibus publicis deiecti erãt non ĩbecilles:
non pauci eas ſibi reddi cupidi plebẽ enixiſſi/
me aſſerebant. Multa inuehẽtes aduerſus tyrã/
nidẽ Syllæ: quæ quum uera forẽt/non tamen
cõmode ſub ea tẽpeſtate moueri uiſa. Ob hãc
igitur rẽ tribuni rogationẽ tulere ut decẽ uiri
ſummo cum imperio crearẽtur: quibus pmiſſu
populi fas eẽt bona totius Italiæ/totius Syriæ:
ac omniũ quæ nuper Pompeius Po. Ro. cõ/
parauerat uenũdare/ et in ærarium redigere:
præterea damnare quos uellent/eiicere exules:
mittere colonias/æs ex publico ſumere/exerci/

tum alere/et quotquot militum placitum eſſet delectũ habere. Hiis incœptis nõnulli etiã clarorũ uirorũ annuerũt: iter quos. C. Antonius Ciceronis collega/ qꝺ ex decemuiris deſignari nõ deſperaret: creditũ eſt et hũc cõſilii Catilinæ haud fuiſſe ignarũ. Sed ob æs alienũ eã rẽ nõ ingrate tuliſſe: Hoc bonis maxime terrori fuit. Sed extẽplo purgauit id Cicero: quũ prouinciã Macedoniã illi decerni iuſſiſſet / et ſibi Galliã: quã ſimulatione et Antonii gratia petitã cõfeſtim dimiſit. Hoc ergo pacto collegam contulit ut tã q̃ ſcænicus quidam mercede cõductus ſecũ pro patria ſecũda ſentiret. Pacato itaqꝫ Antonio atqꝫ morigero maiori ſpei Cicero deditus aduerſus inouandarũ rerũ auctores animũ erigit. Igitur frequẽte ſenatu rogationem legis diſſuadẽs/adeo/qui eã tuliſſent exterruit/ut rari cõtra tunc dicere auderẽt. Verũ quũ cœptis deinde ſuis uehemẽtius incũberẽt: et ob id eos ad plebẽ acciri iuſſiſſent: nihil timens Cicero ſenatũ ſeſe ſequi iuſſit: eoqꝫ profectus/ non ſolũ luculẽtiſſimæ orationis ſuæ ui legẽ obrogauit: ſed in cæteris q̃multis tribunos in pœnitentiam egit/et in ſentẽtiam ſuã traxit. Hic quippe uir maxime omnium urbi oſtẽdit

quãtum uoluptatis oratio æquo bonoq; adii/
ciat/et honeſtũ omnino eſſe/et inuiolabile / ſi
moderato genere dicẽdi defẽdatur. Neceſſe. n.
qui ſerio uerſatur in publicis/ut opere adula-
tioni rectum præponat / et oratione ſeueritatẽ
ſecernat ab utili. Eius eloquẽtiæ gratiã / et ĩ eo
quod ipſius cõſulatu obtigit ĩtellexiſſe fas eſt.
Nam quũ hactenus ĩ theatris equites cõmixti
plebi ſpectarent ludos: primus. M. Otho eos a
plebe diſiũxit: eũq; ſeſſum illis ĩ ſpectaculo de-
ſignauit: quẽ nũc uſq; præcipuũ retinẽt. Quã
rem quũ plebs ad ignominiã ſibi exiſtimaret:
prodeũte in ſpectaculũ Othone contumelioſe
aduerſus illũ ſibila efferre. Tum equites cõtra
læto plauſu illum ſuſcipere: Verũ mox quum
iteratis altius ſibilis/et iterum a maiori plauſu
equitũ in iurgia alter in alterũ prodiret: omne
id theatrũ inhoneſta ſpecie cõpletũ eſt. Qua-
re quũ ea nouiſſet Cicero/plebẽ ĩ phano Bel-
lonæ ad ſe uocatã adeo modeſte ĩcrepuit/mo/
nuitq; : ut quum ĩ ſpectaculũ rediſſent Otho-
ni alacri plauſu alluderẽt/et equitibus de glo-
ria et laude uiri concertarent. Cæterum con-
iuratio Catilinæ: quæ metu primum conterri-
ta fuerat/iterum in ſpem/audaciamq; conſur/

git:Vna igitur conueniunt/aliiq; alios hortā/
tur audacius cœpta ingredi:anteq̃ Pompeius:
qui iã ferebať cũ copiis proficiſci / urbē attin/
geret:Maxime autē Veterãi milites Syllæ Ca/
tilinã incitabant:quorũ alii ꝑ totam Italiã fu/
gitiui/pleriq; uero et hii bellicoſiſſimi ꝑ ethru/
ſcas urbes ſparſi opidorũ direptiões/paratasq;
ſibi rapinas ſomniabant Maniliũ hii ſibi ducē
nacti uirũ qui ſub Sylla quondã ſtrenue mili/
tauerat ac ſplēdide:cõſtituere ſe ſe proximis co/
mitiis Catilinæ Romæ affuturos.Nã iterũ Ca/
tilina cõſulatũ petebat:animi certus i ipſo co/
mitiorũ ſtrepitu Ciceronē cõfodere.Portēdere
fata iminens periculũ uidebãtur:motibus ter/
ræ:fulminibus cæli/dirisq; mõſtrorũ ſignis:ip̃a
ciuiũ ꝓuidētia/quũ late malitiã morbi agno/
ſceret/nõ tamen ad cõprimēdum Catilinã/q'
uir eſſet nominis ſplēdidi/et magna fultus po/
tētia : audebat.Tandē Comiciorũ die Cicero
cõmotus Catilinã in ſenatũ uocat : nũciat qd
de cõiuratiõe cõperiſſet. Sed ille exiſtimãs ple/
rosq; eſſe in ſenatu/qui inouãdarũ rerũ cupidi
eſſent / ſimulq; uti ſuam audaciã popularibus
oſtentaret/ſimulata ac molli fronte Ciceroni
reſpondit:Quid.n.mali ago/ſi duorũ corpo/

rũm/quorum alterũ caput habebat/ſed ægrũ atqꝫ ꝑtenue:alterũ ſine capite/ſed ualidũ atqꝫ præpotẽs:huic me caput adiicio?Hæc ænigmata quũ ille in frequẽtia ſenatus populiqꝫ dixiſſet/magis expauit Cicero. Vnde boni omnes et nõnulli e Romana iuuẽtute ſaluti ipſius intenti/ac lateri eius ſolliciti/ipſum thorace indutũ ac agmine ſtipatum deinceps e domo in cãpum educebant:nec inepte ab ipſius humeris modice ſciſſa ueſtis/qđ thoraca parũ enudaret imĩnẽs Ciceronis periculũ uiſa admonere. Quare indignatio ciuiũ in Catilinã acceſa animos ad Ciceronem adiecit:demũqꝫ in ipſis comiciis iterũ Catilina à cõſulatu repulſus eſt: et Syllanus atqꝫ Murrhena conſules declarati ſunt. Non paruũ deinde poſt tẽpus quũ cõſcii Catilinæ in Ethruria conueniſſent:et inuadẽdæ urbis iã eſſet uicina dies:fere nocte intẽpeſta domũ Ciceronis adiere uiri Romanorum primi/atqꝫ potẽtia freti. M. Craſſus. M. Marcellus:et Scipio Metellus:Hii mox pulſatis foribus ianitorem iubent dormiẽtem Conſulem excitari/et eorum aduẽtum ſibi nunciari. Eius rei cauſam hanc perhibent. Craſſo peracta cœna Ianitor nonnullas literas reddidit/quæ ſibi

ab ignoto quodam uiro traditæ erant. harum aliæ aliis reddi e ſuo Epigrāmate iubebantur: unicæ tantū Craſſo / et hæ amoto auctoris no/mine redditæ. Craſſus ergo epiſtola ſua lecta quum imminētem a Catilina permagnam cæ/dem agnouiſſet : propterea qđ admoneretur ex urbe diſcedere : cæteras epiſtolas/uti erant: obſignatas integraſq; ſeruauit : et rei nouitate perculſus ad Ciceronem perrexit / cupiens ſe omni ſuſpitione purgare:quam aduerſus ſeſe ex conſuetudine Catilinæ Cicero quoq; con/cepiſſet. Hiis expeditis multa ſecum meditans Cicero q̄ primum dies illuxit ſenatum habuit: palāq; eas omnes literas/cui debebantur exhi/buit/iuſſitq; eas in medium recitari. omnes in unam ſententiam uertebantur/inſidiarū Ca/tilinæ nunciæ. Poſt hæc. Q. Arrius Romæ nū/ciat aduerſas acies in Ethruria iungi / inſidias palam eſſe / Maniliū ingēti manu iuxta quæ/dā opida conſiſtere/continuo expectantē atq; ſollicitū/ut quicq̄ tumultus ab urbe prodiret. Hiis cognitis ſenatuscōſulto ſūma rerū conſu/libus datur:ne qd detrimēti respublica capiat: quod nō crebrius a ſenatu agi ſolitū. Sed quū urgentiſſimus metus/et grauiſſimū diſcrimen

urbi iminere uideretur. Ea ergo poteſtate fun/
gens Cicero. Q. Metello externa mãdat: ipſe
urbis curas aſſumit: ſui nõ incautus: ſed tanta
armatorũ copia paludatus: ut ab eius ſtipatori/
bus pleraq; pars fori occuparetur. Cæterũ Ca/
tilina diuturnioris moræ impatiens ſtatuit ad
Maniliũ in caſtra contẽdere. Cupidus tamen
Ciceronẽ opprimere. C. Corneliũ/Marcũ/Ce/
thegũq; iuſſit/ut ſimulãtes Ciceronẽ ſalutatũ
adire/tẽpeſtiue eius fores ingrederẽtur: deinde
facta irruptione cum gladiis cæderẽt. Sed hoc
Fuluia nobili genere mulier clã noctu profec/
ta Ciceroni detexit/eũq; cõmonefecit/ut Ce/
thegum eiusq; comites præcaueret. Igitur illu/
ceſcente die hii Ciceronis domũ accedunt: ſed
monitu Fuluiæ quũ ab ingreſſu prohiberẽtur
et indigniſſime id ferrent/in ipſis foribus adeo
acclamauere/ut i aptã ſuſpicionẽ palã ꝓdirẽt.
Tãtiſp itaq; Cicero i tẽplo Iouis ſtatoris: quod
erectũ ẽ iuxta principiũ ſacræ uiæ/quæ palatiũ
reſpicit/ſenatũ aduocat. hic et Catilina frequẽs
aderat/ ueluti ſe eo crimine nudare/cẽſuiſſet.
Sed adeo creuerat odium ut id fruſtra tẽtaret:
qppe iuxta eũ ſenatorũ nullus ſedere paſſus ẽ:
Sed lõge quiſq; auertebat; Orare etiã incipiẽtẽ

obſtrepebant omnes. Demũ ſtans Cicero / illi mandat / ut urbẽ / ſenatũ / ſeq; ipſum conſulem præſentia ſui liberet. Nã decet (inquit) ut inter orationes noſtras / et gladios tuos murus urbis medius ſit. Quare extẽplo Catilina cũ trecẽtorũ ſatellitũ comitatu urbẽ egreditur / ſibiq; cõſularis dignitatis inſignia faſces atque ſecures præcedere ſtatuẽs infeſto agmine in Ethruriã contendit ad Manilium. In huius caſtris iam ferme uiginti milia uirorum conuenerãt: quibus confiſus Catilina: et ambire municipia / ad defectionem ſollicitare ſummo ſtudio nititur. Romæ ergo quum iam bellum geri uideretur cum apparatis copiis Antonius ad debellãdũ hoſtẽ urbe dimittitur. Cæterũ ex hiis / q a Catilina ĩbuti Romæ ſuperãt Cornelius Lẽtulus Surra uir claro genere ortus: ſed qui luxui deditus nup ob mollitiẽ e ſenatu fuerat eiectus: Cæteros cõuenire: audaciã ſpẽq; cœptis ꝑbere. Hic tũ erat ꝑtor: ſed ut mos opꝑſſorũ ẽ ut meliora exoptẽt / ad cæteras ſenatorias dignitates mẽtẽ adiecerat. Huic Surræ cognomẽ natũ ferũt: qđ dominatiõe Syllæ quũ quæſtor eſſet; multa rerum puplicarũ ꝑdite adminiſtrauit: conſumpſitq;. Quare quum Sylla id indigne

ferret/et adminiſtrationis rationē expoſceret: ille rem floccipēdens in ſenatum profectus ri/diculoſe dixit: Rationem mihi reddere nō eſt: ſed præbere Surrā uti ſolent pueri: qui in ludo ſphæræ peccauerint. Ob hoc deinceps Surræ inditum illi cognomen eſt. Hic etiam quum cauſæ cuiuſdā reus ageretur/ et aliquos ex iu/dicibus largitione corrupiſſet: ex quo bina ſu/perāte ſentētia quum uictor euaderet: fruſtra (inquit) impenſum quod alteri iudicū datum eſt: ſatis quippe erat ſi una tantum ſententia ſolutus abiiſſem. Hunc itaq; huiuſmodi inge/nii uirū licet a Catilina incitatum/inani etiam ſpe falſi magi et arioli eluſerāt/ ficta quædam carmina e Sibyllinis libris canētes: quibus por/tendebatur fato tres Cornelios Romæ monar/chas deberi. horum quippe duo uaticinia cō/pleuerant/ tertium uero ac reliquum ſeſe fore ſperabat: qui rerū eſſet potiturus. Quare ne/ceſſe exiſtimabat cœptis incūbere: neq; ſinere ueluti Catilina tarditate uel ocio res perditum ire: is dūmodo uota perficerentur nihil penſi habere/nihil iniquum/nihil infandum exiſti/mare: ſenatum omnē et quotquot ciuiū facul/tas obtuliſſet/cæde ſtatuerat opprimere: præ/

tereá urbē incendere/nemini parcere/niſi Pō/
peii liberis/quos rapiēdos duxerat/et ſeruādos
obſides ad Pompeiū conciliandū:quē rumor
erat:nec is anceps:iam iam cū magno exercitu
aduētare. Ad hæc patranda noctem primam e
Saturnalibus deſignauerāt:enſes:ſtuppæ/ſar/
mēta et ſulphur clā in domo Cethegi abdita:
cētenos deinde uiros ſtruxerant/totidem urbis
loca ſortitos : ut ſtatutam ſibi quilibet partem
urbis incēderet : quo paucorū officio urbs un/
diq; flāmis coflagraret. Alii aquarum ductus
obſeſſuri eorū iugulationi collocādi fuerant:
qui extinguēdis incēdiis incubuiſſent. Dū hæc
agūtur legati Alobrogum urbem ineūt. horū
gens quū rebus minus ſecūdis uteretur/graui/
ter Romanorū iugū ferre uiſa. Vnde hoc cō/
fiſi populares coniurationis legatis rem omnē
aperiunt:exiſtimātes Alobrogos pronos et ap/
tiſſimos fore/ad cōcitandam uertendāq; Gal/
liam. Hiis legatis ad ſenatū ſuæ urbis et pariter
ad Catilinam literæ datæ : quarum in primis
libertas patriæ illis promittebatur : In reliquis
Catilinam exhortabantur/ut ſeruitiis manu/
miſſis q̄ primum cum exercitu adproperaret.
Mittūt præterea cū huiuſcemodi legatis quē/

dam Titum Crotonienſem:qui literas Catili/
næ redderet : Hæc illi. Sed quæ negocia : quæ
conſilia hominū ſunt parum mentis haben/
tium:immo cūuino et mulierculis quæq; tract/
tantium:labore:induſtria:ſobrietate : et pru/
dentia quadam ſingulari eos proſequitur Ci/
cero.hic multos extra urbē nactus explorato/
res:qui ueſtigia hominum pſcrutarētur:mul/
tos habens intra mœnia:qui conſcii coniura/
tionis erant:ab hiis data fide publica res Alo/
brogum cum coniuratis didicit.Igitur hiis co/
gnitis inſidias noctu collocari iuſſit : a quibus
in ipſo itinere Crotonieſis circūuentus cū ipſis
literis deprehenditur:ac in poteſtatē conſulis
actus. Harum rerum Alobrogū legatos haud
ignaros fuiſſe non anceps fama fuit:quinimo
clam conſenſiſſe.Quam primum igitur illuxit
dies Cicero ī æde Cōcordiæ Senatū habet:req;
patefacta quū ſentētias rogaret/uiciſſimq; ſe/
natus inter ſeſe multa diſſereret:Iunius Sylla/
nus a nonnullis ſe audiuiſſe memorauit Ce/
thegum aliquando narrare ſolitum tres uiros
cōſulares:et quatuor prætorios occidendos fo/
re. Hæc et huiuſmodi alia Piſo uir conſularis
aſſeruit.Poſt hæc.C.Sulpitius prætor ſcrutari

domúm Cethegi iuſſus: q̄ multa ibidē arma: tela miſſilia enſes gladioſq; recēti munitos acie cōperit. Publica tādem fide data Titus uti cō/iuratio omnis ſeſe haberet aperuit. Quare re/dargutus Lentulus/magiſtratu quo fungeba/tur (erat.n.prætor) abdicare coactus eſt. moxq; purpuream ueſtē/qua erat amictus/in ſenatu ponens/atram fortunæ ſuæ congruam induit. Deinde is/et qui cū eo deprehēſi erant in libe/ram cuſtodiā prætoribus traditi. Actis hiis quū iam ueſper adeſſet Cicero ad plebē: quæ mul/ta cōuenerat: ut ſeriē harum rerū edoceretur: egreſſus ſingula palam fecit. Deinde lōgo ſti/patus agmine quādam uicini pariter et bene/uoli domum ingreditur. Nā in ædibus ſuis/ei deæ/quam Bonā nūcupant/muliebres cœtus archana ducebant ſacra: quótquot.n.annis in domo conſulis/ſiue per eius coniugem/ſiue matrēfamilias cū uirginibus Veſtæ/eidē Bonæ deæ ſacrificari mos eſt. Eam ergo domū quum intraſſet Cicero paruo admodum comitatu/ſuperante ſecum agitat/quid de comprehenſis ciuibus ſtatuendum eſſet. ſuppliciū quippe ul/timū: quod illi digniſſime laturi erant expaue/ſcebat: partim pro miti eius ingenio: partim:

ne uideretur lætitia efferri/ et crudeliter in tã/
tos cẽſere uiros / qui et genere præcipui erant:
et in urbe amicitia ualida fruebantur. Contra
ſi molliter ĩ eos animaduerteret / horrebat di/
ſcrimen ingens / quod hinc emanare poſſe ui/
debatur. Si.n. lenius morte mulctarentur: exi/
ſtimabat eos nõ modo quieturos: ſed in omnẽ
audaciam inflãmãdos / ueteriq; nequitiæ ira/
cũdiam addituros. Præterea ne idẽ ipſe mollis:
aut iners conſeretur / qui tamen a pleriſq; au/
daciſſimus ſaluti publicæ habebatur. Hæc quũ
ſecũ uerſaret conſul inter domeſtica ſacra hoc
portentũ oſtenditur: ab ara quidẽ ſacrorum:
in qua iãpridem ſopitus erat ignis e cineribus:
ac fomẽtorum reliquiis / longa et pura quædã
flãma ſubito emicuit. Tum cæteris perterrefa/
ctis ueſtales uirgines mox iuſſere Terẽtiam ui/
rum conuenire/ iubereq; ut pro patria nõ du/
bitaret ea perficere / quæ mẽte uolutaret: ceu
præſens Dea ingens lumen ad illius gloriam
ſalutemq; polliceretur. Hiis cõmota Terẽtia:
quæ nõ inertis ingenii / ſed audax et ambitio/
ſa erat / et: ut ipſe inquit Cicero: curarũ reipu/
blicæ ab ipſo magis participãs: ꝗ ipſe ab ea do/
meſticarum: ſingula uiro dixit: eũq; in coniu/

ratos accendit. Eadem et. Q. frater admonuit: Eadẽ et. P. Nigidius uir ſtudiorũ philoſophiæ ĩter cæteros comes: cuius opera Cicero in mul/tis et arduis Reipub. negociis uſus ẽ. Igitur die poſtera frequente ſenatu quum de ſupplicio deprehẽſorũ diſereretur primus Syllanus ſen/tẽtiam rogatus/ultimum/inquit/ deprehenſis ſupplicium deberi. Idẽ et reliqui cẽſent: donec ad. C. Cæſarem/qui poſtea dictator eſt dictus: ꝑuentum eſt. Hic quum Iunior iam iam futu/ræ ſuæ magnitudinis haberet ſemina/et ſpe ſi/mul et opere eam ingreſſus uiam/quæ res Ro/manas in monarchiam egit. Cæteros quippe latuit: ſed Ciceroni ſuſpicioni plurimæ fuit: nõ tamen ut in occaſionem deprehendi ueniſſet. Fuere qui dicerẽt quum iam iam ferme depre/henſus huius criminis reus a cõſule eſſet / clam ſubterfugiſſe. Alii Ciceronem quæ de Cæſare nũciarẽtur ſponte ommiſiſſe: amicorum Cæ/ſaris metu potẽtiaq; cõmotus. Quippe ſingu/lis cõſtabat / eos potius cauſam ſalutis Cæſaris fore/ꝙ Cæſarẽ illis pœnæ. Quum ergo dicendi ordo Cæſarẽ poſceret: ſtans ille/non occidẽdos captiuos cẽſuit: Sed pecunias eorum publicã/das/ipſosq; per municipia Italiæ/uti placitum

eſſet conſuli: donec Catilinam expugnatum acciperēt in liberis cuſtodiis tenēdos. Hæc ſententia quum mitior uideretur: et Orator ad dicēdum facundiſſimus foret: ipſi Ciceroni ſcrupulum non paruum iniecit. Vnde palam in utrāq; ſentētiam nixus eſt, et priorem Syllani et ultimam Cæſaris aſſerens. Verum qui fruebantur Ciceronis beneuolētia cogitantes ſententiam Cæſaris magis in rē fore conſulis, qđ minus eſſet ſubiturus inuidiæ, poſteriori ſentētiæ initebantur. Quare Syllanus uerſus ſtās iterum pro roſtris ſe inquit de nece comprehēſorum haud cēſuiſſe: quum uiro ſenatorio ultimum ſupplicium carcerem exiſtimaret. Huic ſentētiæ Catulus primum contradixit. Deinde Cato qui uehemēti oratione prorumpēs in ſuſpicionem Cæſaris, omnem ſenatum iracundia ſimul et indignatione repleuit. Quamobrem necis ſupplicium ī captiuos decretum eſt. publicationi autē bonorum inſtitit Cæſar rem indignā ratus qđ repulſa miti atq; humaniori ſententia: ei quæ una indigniſſima foret initerētur. Sed uim cum aduerſariis adhiberēt, Cæſar ad ſeſe defendēdum tribunos aduocat. At hii præterea nihilum moti ſunt. Tum Conſul

medium ſe ingerens miſſa bonorũm publicá/tione in necẽ deprehẽſorum ciuium cũ ſenatu diuertitur. Non enim eodẽ loco detinebantur. ſed prætores alius alium captiuos haberet/pri/mum e palatio Conſul Lentulũ ſumit: eũque ꝑ uiam ſacram mediũq; forum adducit. Opti/mates ad hæc Vrbis telis muniti circa Conſulẽ agi: Plebs horrere atq; præterire ſilẽtio: Iuuẽ/tusq; maxime metu atq; ſtupore terreri: Veluti illi ſolitis quibuſdam rerum omnium ſummã ad ciues paucos acturi uiderẽtur. Forũ eggreſ/ſus Conſul quum ad Cæſarem uentum eſſet: tradit Lictori Lentulũ/eũq; ſtrangulari iuſſit: Deinde Cethegum/paſſimq; cæteros coniura/tionis deprehẽſos. Hiis perfectis rediens Cõſul quum in foro nonnullos ex coniuratis proſpi/ceret: qui tantorum ignari conuenerant: noc/tẽ ſolliciti expectantes ſpei pleni/captiuos ſeſe diripere/liberareque poſſe: ad eos uerſus uoce ſublimi: Vixerunt/inquit. Eo .n. loquendi ritu utebantur: qui maliciam infauſtæ cædis uoca/buli uitabant. Iam ueſper aduenerat/quũ cõ/ſul e foro domum repetit. Cæterum deinceps non ſolito ſilẽtio ciuium agi: nõ eo comitãtiũ ordine: ſed feſto clamore/ac omnium plauſu:

qui obuiam fierent liberator et conditor ap/
pellatus: Funalia prætera ꝑ urbis uicos eluce/
re/lampades/faces/tædæq; i foribus figi. e ſpe/
culis paſſim ꝓdire mulieres/in ꝑconium ſpec/
taculūq; uiri ſingulari quadã optimorũ põpa
domũ elate repetẽtis. Horũ pleriq; qui maxi/
ma etiam bella confecerant triumphis ornati
ac non parum maris terræq; potiti: apte inuicẽ
faſſi ſunt populum decẽ tẽpeſtatis ſuæ impe/
ratoribus ducibusque ex diuitiis/ex ſpoliis/ex
potẽtia parta/finibusq; ꝓpagatis obnoxium:
ac ſuæ libertatis ſuæq; ſalutis gratias ſoli Cice/
roni deberi: qui ex tam ingenti periculo urbẽ
eripuiſſet. Nec. n. imiñẽtia ſcelera purgaſſe: nõ
affeciſſe meritis ſuppliciis ſceleſtos: adeo mirũ
uideri ꝙ̃ hoc incendium omnium maximum
emerſiſſe. Hactenus minimo conatu/nulla ſe/
ditione/nullo tumultu extinxiſſet. Nam Cati/
lina cæteriq;/qui ad eũ in caſtra confluxerant:
ſimul ut accepe/quæ in Lentulum Cethegũq;
et cæteros patrata eſſent/cœpere ꝓtinus labi:
ac inita cum Antonio pugna funditus cũ om/
nibus eorum copiis deleti ſunt. Fuere qui hæc
obtrectarent aſſerentes Ciceronẽ ea perperam
machinatum eſſe: ducem habentes Cæſarem:

Mox præturam initurum/ac Metellum/et Beſtiam tribunos militum deſignaſſe: quippe hii diebus adhuc paucis Cicerone cõſulatum gerente: quum magiſtratum iniſſent Ciceronem orare pro concione roſtris impeditis prohibuere: affirmantes ſe non aliter roſtra dimiſſuros / q̃ de abdicando ſe a magiſtratu relaturum ſe ille polliceretur. Tum hoc ſolum ſimulans ſe facturum Cicero roſtra conſcendit: factoque ſilentio nouum quoddam atque priuatum præbuit iuſiurandum: patriamque utiq; ſe liberaſſe / ac imperii Romani ſalutem ſeruaſſe. In hæc iurauit propemodum omnis plebs. Quare Cæſar quique ſecum in Ciceronem conſpirauerant/magis commoti: alias illi turbas cõminantur: attuleruntque rogationem: ut cum exercitu Pompeius euocaretur ad opprimẽdam potẽtiam Ciceronis. Sed non nihil Ciceroni ac uniuerſæ reipublicæ. M. Cato cõduxit: qui tribunatus uiribus fultus æqua licet poteſtatis licẽtia: ampliori tamẽ dignitate inſtitit. facile. n. cũcta ſoluit/et Ciceronis conſulatum adeo pro roſtris extulit: ut Ciceronem honoribus omnium maximis dignatus ſit: illũ patrem patriæ appellans: quod cognomẽ pri-

mum ex hac Catonis oratione Ciceroni indi/
tum / apud cæteros emanaſſe perhibetur. Hiis
itaq; huiuſcemodi rebus Cicero q̄ multam ſi/
bi urbis uim compauit. Verum plerūq; ex ope
ſuo nullo ſiue indigno / ſiue turpi / ſe inuidiæ
laceſſendum præbuit. Nam laudibus cōtinuis
ſe ſe efferens/gloriaq; ſe ſemper exornans/mo/
leſtiam atq; faſtidium peperit. Non enim fre/
quētia ulla ſenatus populiue / nō iudicum aut
curia ulla conuenerat: in quibus nō Catilinæ
atq; Lentuli rumor obſtreperet. Libros præte/
rea huiuscemodi laudibus/commentoque re/
pleuit. Vnde ipſius orationem dulciſſimam et
omni refertam ſuauitate grauem ac moleſtam
reddidit: ueluti ex indigno quodam fato ſibi
continuo id faſtidium adeſſet. Tamen licet
hac immoderata flagraret ambitione inuidia
aduerſus neminē intactus eſt. Laudum quip/
pe liberaliſſimus fuit uel eorum qui antea uel
ſua tempeſtate floruiſſent / ut ex ipſius com/
mentis aduertere fas eſt. Memorantur multa
circa id ab ipſo iocunde prolata. Ariſtotelem
fluuium eſſe inquit auri profluentis. De dia/
logis Platonis ait. Si Iuppiter uoce uteretur eū
nō aliter q̄ Platonis dialogos coliturum. Ora/

tionum Demoſthenis interrogatus:et quæ op/
tima ſibi uideretur:Longiſſima/inquit:quip/
pe qui uerbum Demoſthenicum commenti
ſunt Ciceroni innituntur:quod alicubi in eius
epiſtolis ad domeſticos quoſdam ſuos ſcrip/
ſerat eos quibuſdam orationum ſuarum locis
excitare Demoſthenem. Verum inter cæteras
laudes:quibus plurimis in eum uirum uſus ē:
id maximum : et omni admiratione dignum:
qđ eas orationes in quibus ſummam diligen/
tiam habuit Philippicas in Antonium Demo/
ſthenis uerbo nominauit. Omnium : qui eius
ætate/aut eloquentia / aut doctrina præſtitiſ/
ſent extitit nemo / quem non unice diligeret:
et aut ſcribendo/aut orando celebriorem red/
deret. Cratippo peripatetico operam dedit ut
a Cæſare iam rerum potito Romanus ciuis ad/
ſcriptus foret. Areopagitarum ſenatui etiam
perſuaſit ut illum Athenis degere decernerent
eosq; impulit ut eum orarent : iuniorum ſtu/
diis immorari : ueluti qui eam urbem ſplen/
dide eſſet exornaturus. Eiuſdem etiam epiſto/
læ quædam ad Herodem ſunt. Itēq; ad filium.
Aliæ iubentes ut cum Cratippo philoſophiæ
operam daret. Gorgiam rhetorem filii conſue/

tudine prohibuit : ꝙ eum adoleſcētem ad uo/
luptates et potus alliceret. hæc una ex epiſtolis
ſuis græcis. Itēq; ad Byzantinū Pelopen altera
extat: quas iracūdia quadam ſcripſerat. In pri/
ma digniſſime Gorgiam increpans/ qđ mollē
ac laſciuam uitam ageret. In altera Pelopē im/
probat/ qđ adeo deiectioris animi foret/ ut ho/
nores quoſdā a Bizantiis oblatos decerni ſibi
neglexiſſet. Hæc liberaliter licet / et quadam
ubertate linguæ/ quandoq; tamen modeſtiam
exceſſere. Minutium enim quum e iudicio eū
eripuiſſet/ qđ ille uictoria elatus Sabinum do/
meſticum atq; familiarem ſuum reum ageret:
tanta iracundia adorſus eſt / ut aduerſus eum
diceret. Tu ergo Minuti tua opera euaſiſti?
An qđ ipſe multas tenebras ī curia circūfudi?
M. Craſſum pro roſtris laudans / quum uoto
potitus eſſet/ poſt dies pauciſſimos eundē acri/
ter probro laceſſiuit: Vnde quū diceret Craſ/
ſus: nō hoc in loco me nuper extuleras? et cer/
te/ reſpondit/ declamandi gratia pro uili ma/
teria orationem exercens. Retulerat Craſſus
neminem ex Craſſis Romæ diutius annis ſexa/
ginta uixiſſe: mox in huius dicti pœnitentiam
ductus quum ſubderet: Quid ad hæc? Tum

Cicero tam blande / inquit morem concioni geſſiſti : qđ Romanos noras id grate audituros. Quũ retuliſſet et Craſſus ſtoicos ſibi placere: quoniam bonum uirum diuitẽ eſſe oſtẽderent. Vide / inquit Cicero / ne illud magis: omnia in ſapiente ſita eſſe. Auaritiæ enim nō tam habebat Craſſus. Quum alter filiorum Craſſi / qui cuidam nomine digno perſimilis erat: et ob id genetrici turpem iniecerat maculam / qđ Digno conciliata fuiſſet / apud ſenatum probe et cum laude peroraſſet. Interrogatus Cicero quid de Digno cenſeret: Dignus quidem Craſſi ẽ. Profecturus in Syriam Craſſus Ciceronem optauit beneuolum ſibi ꝗ aduerſarium magis relinquere. Ergo mutuæ cõciliationis gratia Ciceronem adorſus apud ipſum uelle cœnare ſe dixit: quo familiarius acto poſt dies paucos quum quidam e domeſticis Ciceronis obuiam facti nunciarẽt / Vatinium uirum male Ciceroni conciliatum ſpopondiſſe ſe in eius amicitiam atq; gratiam redditurum. At qui / reſpondit / et Vatinius apud nos cœnare uult. Aduerſus itaque Craſſum talem ſe Cicero præbuit. Vatinium uero quod ſcrophulis tumidum guttur haberet / quum quã-

dam oraret cauſam : Oratorem appellauit in/ flatum. Hunc Vatinium quum Cicero acce/ piſſet uita fūctum:atq; pauco poſt quum ma/ nifeſtius noſſet eum uiuere:male/inquit/peat qui male mēritus eſt. Decreuerat Cæſar ut mi/ litibus agri Campani diuiderentur. ſed quum in ſenatu pleriq; id ægre ferrent : et. L. Gelius uir iam ſenio confectus/hoc ſe uiuēte non per/ peſſurum aſſereret: Expectemus/inquit Cice/ ro: Longius enim non poſtulat Gelius eē ſu/ perſtes. Vir quidam Octauius Libya/ubi aurē perforare mos eſt/oriundus dicebatur/Quum ergo in quadam cauſa ſe non audire Cicero/ nem recitantem diceret: quippe/retulit Cice/ ro/aures bene ſolebas habere foratas. Dicente Metello nepote Ciceronem teſtificationibus ſuis plures occidiſſe / q̃ liberaſſe patrociniis : Fateor/inquit/apud me plus eſſe fidei / q̃ fa/ cundiæ. Adoleſcens quidam qui in medicata placenta patrem peremerat / temerario elatus ſe Ciceronem probris impugnaturum eſſe ia/ ctauit. Tum ad eum Cicero: Id a te q̃ placen/ tam mallim. Publius Seſtius Ciceronem cum patronis quibusdam aliis cauſæ cuidam addi/ xit. Quum ergo solus orare / agere / ac diſpo/

nere ueluti pro iure ſuo ſingula uellet : cogni/
to quod mox foret a iudicibus abſoluendus :
ad eum uerſus Cicero : Fruere hodie inquit
Seſti tempore : Nam die craſtina priuatus fu-
turus es. P. Cottam rudis ac tardi ingenii uirũ
ſe iuridicum profitentem Cicero aduocatione
quadam apud iudices aduocarat in teſtem. ſed
quũ ille ſe nihil ſcire diceret: forte inquit Cice/
ro de legibus interrogari te putas. Metello ne/
pote ſæpenumero in quadam altercatione di-
cente : quis eſt pater tibi ? Reſpondit Cicero:
Reſponſionẽ hanc mater grauiorẽ effecit. Fe/
rebatur nãq; illius genetricẽ impudice uixiſſe.
Hic etiã Metellus tantæ leuitatis ac incõſtãtiæ
fuit: ut tribunatus ſui magiſtratum linquens:
ad Pompeium in Syriam nauigaſſet: moxque
ab eodẽ inconſultior atq; inconſtantior reuer/
ſus eſt : Quare Phylagrum præceptorẽ ſuum
quum ſepeliſſet : et obſequioſus curioſiſſime
ſepulchro marmoreo coruum ſup iuſſiſſet in-
cidi: hoc/dixit Cicero/rectius factũ : Nã hic te
uolare magis/ q̃ ſcire docuit. M. Appius cuiuſ/
dã defenſionis ſuæ ꝓœmiũ egit: memorãs eius
clientẽ a ſe ꝑcibus ſũmis ſuã petiiſſe diligẽtiã:
facundiam/atque fidem. Tum Cicero: Adeo:

inquit/uir ferreus es : ut expetitis tot ſibi nihil impenderis.uerum in maleuolos ſiue aduerſa/rios his uti lœdoriis oratoris eſt. at in alios ioci gratia in eiſdē/uti ſe caſus obtulerat/effudiſſe Ciceroni non paruā conflauit inuidiam.horū etiam pauca pſtringam. Marcum Aquilium binos habentem generos:amboſq; exules ap/pellabat Adraſtū. Lucio Cotta uiro uini aui/diſſimo adminiſtrante cenſuram Cicero con/ſulatum petens/quum e labore ſitiēs circūſtā/tibus undiq; comitibus ſuis clam biberet:Non iniuria timetis/inquit/ne cenſor mihi infeſtus ſit qd' aquam bibo. Voconio tres ſecum filias deformiſſimas ducenti obuiam factus Cicero: Phœbo/clamauit/ extincto hic pignora ſemi/nauit.M. Gelius quē anceps erat rumor non ortum parētibus liberis:quum magna/ac ſub/limi uoce quaſdam literas in ſenatu recitaſſet: Ne admiremini/inquit Cicero:Nā et hic unus eſt pclamantium.Fauſtus Sylla dictatoris Syl/læ filius/quū paternas ſubſtātias dilapidaſſet: et grādi ære alieno opprimeretur : Ciceronem proſcripſit. Tum Cicero : Hanc q̄ paternam proſcriptionē mallim. His igitur pleriſq; ho/neri Cicero fuit : et hinc hi / qui cum Clodio

cōſpirauere/materiam indignationis nacti fe/
runtur. Erat Clodius Vir claris parentibus na/
tus: tum/quia ætate iunior/et dignitate præ/
ſtans/et audacia: Is quum amore Pōpeiæ Cæ/
ſaris coniugis flagraret/clam eius domum in/
greſſus eſt ueſtē ac habitum pſaltriæ indutus.
Muliebres enim cœtus tum in æde Cæſaris ſa/
crum illud archanum inacceſſum omnino ui/
ris agebāt. uirilis itaq; ſexus aderat nullus. ſpe
autē latēdi cœtum adductus Clodius ob adole/
ſcētiæ ſuæ formam/genasq; nondum pubentes
turbæ imixtus ad Pompeiam ingreditur. Sed
quum noctis tenebræ / et ædis ꝑmagnæ aditus
ignarum illū agerent ac inuium errore domus
palam captum: quædam Aureliæ matris Cæſa/
ris pediſſequa illi obuiam facta nomen rogat:
loqui coactus Clodius ſe Pompeiæ pediſſequā
inquit/et e cœtu Auram nomine quærere. Tū
illa uiri uoce ītellecta territa ꝓclamat/ſociasq;
aduocat. reſeratis foribus adſunt illæ: et ſcrutā/
tes ſingula Clodiū comꝓhēderūt i pediſſequæ
eius cæla: cui occurrerat fuga ꝓgreſſum. Hac
re uulgata Cæſar Pōpeiam dimiſit uxorem: et
de pollutis ſacris quæſtio ꝓpoſita ē. Erat Clo/
dio Cicero amicitia iunctus: Nam eius opera

tam in cæteris q̃ ad præſidiũ ſui capitis in coniuratione Catilinæ impenſiſſime uſus fuerat. Sed quum initeretur Clodius apud iudices arguere ſeſe die parati ſceleris in remotiſſimis ab urbe locis diuertiſſe: Cicero aduerſus ea teſtatus eſt: aſſerẽs eum tunc ſe domi conueniſſe: et quod certiſſimum erat ſerio ſecũ colloquutũ. Creditum eſt Ciceronẽ non tam ex re ipſa id teſtatum q̃ qđ Terẽtiæ coniugi ſe purgatum uoluiſſet. Ea.n.æſtuabat odio Clodii/ob eius ſororẽ Clodiã: quæ aſpirare ad nuptias Ciceronis uidebatur: conciliatione ac opera Tulli ĩ primis familiaris ac domeſtici Ciceronis. Hic enim frequẽtiori conſuetudine ſalutandi atq; cõueniẽdi Clodiã (nõ.n.habitabat ꝓcul) eius rei Terẽtiæ ſuſpicionẽ iniecit. Quare Terẽtia quũ difficilis eẽt ĩgenii/et ſui cõiugis facile princeps uirũ iflãmauit/ĩpulitq; ut ĩ Clodiũ teſtaret. Ad hoc nõnulli bõi ac ꝑcipui uiri ꝑiuria: largitiões/uerſutias pudicarũ ĩ eũdẽ teſtati ſũt. Lucullus ancillas ĩ mediũ duxit: quæ affirmarũt Clodiũ quũ apud ſe domi habitarẽt iũiori ſorori cõmiſcuiſſe. Rumor ꝑterea pcrebuerat eũdẽ ẽt ſe cõiũxiſſe reliqs binis ſororibus ſuis: quarũ Martius rex Terẽtiã habebat uxorem.

Alteram Metellus celer Quadrantem cogno/
mine qđ quidam ex his qui eam amabāt pro
argēteis in illius loculum æreos nūmos immi/
ſiſſet. Eſt. n. nūmus ex ære minutiſſimus. Nec
inter cæteras ſororum certiori fama Clodium
urgebat. Dum ea gererētur animi plebis non
nihil aduerſus eos qui in Clodiū teſtati eſſent
oſtendebantur. Vnde perculſi metu iudices ſe
muniere præſidiis: eorūq; nonnulli quum ſen/
tentias ferrent confuſis characteribus literarū
tabellas protulere. Non tamen plures hæ fue/
runt / quæ Clodium liberarunt. Rumor fuit
largitionē hiis interceſſiſſe. Vnde Catulus ob/
uiam iudicibus factus: q̄ recte/inquit/iudices
præſidium poſtulatis: timente ſcilicet ne quis
uobis argentum arriperet. Clodius etiam quū
Ciceroni exprobraret/qđ ipſius teſtimonium
apud iudices nihil fidei habuiſſet: id reſpōſum
accepit. Mihi enim / inquit Cicero/quinq; et
uiginti iudices fidem præbuere: tot. n. ſentētiæ
te damnarūt. tibi uero triginta non credidere:
ante quippe liber ab his ipſis nō euaſiſti/q̄ pre/
tium ſolueres. Atqui interrogatus Cæſar cur
repudiaſſet uxorē quum adulterium nō aſſe/
reret: Nam decet/inquit/Cæſaris thorum non

tam crimine: ſed criminis ſuſpicione carere. Abſoluto itaq; ab eo reatu Clodio/moxq; deſignato Tribuno plebis animũ aduerſus Ciceronem iniicit: omnia ſimul mouẽs: omneſque ciues ſimul ĩ illum incitans. quippe plebis animos/ qđ obſequioſum illis magiſtratũ ſuum præberet/in ſentẽtiam ſuam allexit. Præterea utriq; conſulũ non mediocres prouincias decreuerat. Piſoni Macedoniam: Gabinioque Syriã: multosq;/ qui priuati hactenus uixerãt ad publicos honores acciuit. Circũſeptus ipſe ualidiſſimis ſeruorum familiariũ copiis incedebat. Præter hæc triũuirorũ: qui tum in urbe plurimum poterant: Craſſus palam Ciceroni aduerſari: Pompeius utriq; blãdiri: Cæſar expeditioni aduerſus Gallos intẽdere. Trepidus ergo Cicero licet beneuolentiam Cæſaris deſperaret: eũq; ob rẽ Catilinæ ſibi exiſtimaret infenſum: tamen metu coactus ab ipſo impetrat uti ſecum iret legatus in Galliam. Eo pacto intelligens Clodius Ciceronem ſuum ſubterfugere tribunatum: cum eodẽ beneuolẽtiã ſimulat: atq; in Terẽtiam omnem huiuſmodi diſſidii cauſam iniicit. in illius memoriam incidens/non niſi pie/ ac clementer in eum lo

quebatur: ueluti ſecum nō odio: ſed omni hu-
manitate flagraret. Sic ergo ea diſſimulatione
metu Ciceronem omnino liberat. Quare Ci-
cero exiſtimans ſe Tribuno conciliatum, lega-
tionem Cæſari pactam abnegat: ſeq; ad publi-
ca uertit. His igitur incēſus Cæſar Clodiū ad-
uerſus Ciceronem prouocat: Pompeiūq; fere
a Cicerone ſemouit. Præterea in Ciceronem
teſtatus eſt contra fas atq; maiorum leges Lē-
tulum, ac Cethegum, cæteroſq; abſq; iudicio
damnatos cæſos eſſe. Id. n. crimen in Ciceronē
delatum eſt. Quare actus in iudicium Cicero
huius criminis reus: nec a mediocris potentiæ
uiris oppreſſus ueſtem atram aſſumit: et pro-
fluente coma plebem orare: et ſupplex ambire
cogitur. Tum p urbis uicos undiq; factus ob-
uiam illi Clodius uiris comitatus in omnē au-
daciam atq; contumeliam pronis uicem Cice-
ronis illudere, et turpiter geſtum illius omni-
bus probris urgere: interdum etiam lutum, la-
pideſq; iactātes ſupplicationibus illius obſtre-
pere. Cū Cicerone q̄ plurimi: omnis fere mul-
titudo equeſtris ordinis ĩ. ueſtes commutauit.
Præterea uiginti propemodū milia iuuentutis
Romanæ. non. n. minor erat horum numerus

qui illi aſſiſtebant/promiſſis etiam comis paſ/ſim per urbem preces effundere. Senatus erat frequens ut decerneret populũ ueſtẽ ueluti ex publica mœſtitia mutare. Sed conſules quum diuerſa ſentirẽt: Præterea Clodius quum circa curiã paludatus ſatellitibus omnia terrore re/pleret: e ſenatu ꝓpropere nõnulli ordinis ſena/torii: qui laceris indumẽtis tumultus ſpeciẽ de/dere. Deniq; quũ neq; miſericordia/neq; pu/dor quicq̃ ualuere quin oporteret Ciceronẽ aut exulẽ fieri/aut ferro rẽ decerni: ad Põpeii auxilium itum eſt: qui conſulto ab urbe ſemo/tus iuxta albanũ agrum ſponte diuerterat: Ad eius opẽ implorandã primo Piſo ipſius gener profectus eſt: poſt ipſe. Sed quũ eũ præſentiret adeſſe Põpeius eius cõſpectũ minime pertulit: Nã graui ipſius uiri pudore opprimebaẽ: qui nõ duas contẽtiones atq; certamina ſui gratia ſubiiſſet: multaq; ꝓ republica iuxta ſentẽtiam adminiſtraſſet. Quũ ergo eſſet Cæſaris gener ueteres gratias Cicerõi repetẽti negauit: egreſ/ſusque poſtico colloquium Ciceronis mini/me ꝑtulit: quare proditus a Pompeio Cicero nudus ac derelictus ad opem conſulum profu/git. Gabinius animo indefeſſo et pertinaci ad

ferenda ſingula Ciceronem impellere:contra Piſo illũ hortari uti deſiſteret a cœptis: ut furori Tribuni cæderet: ut temporum uiciſſitudines ferret: ut in tantis ſeditionibus quæ ex ipſius capite urbi emergere poſſe uidebantur: iterum patriæ ſalus fieret. Hiis permotus Cicero neceſſario ſuos quid ſalubrius acturum cõſulit. Lucullus eũ manere ueluti demũ uicturum cẽſebat. Alii ipſum abire qđ mox ſedata rabie Clodii populus eius deſiderio eſſet flagraturus. Hæc eadem Cicero ipſe approbans: Palladis ſignum: quod domi locatũ non paruo tempore ſummum in modum coluerat in capitolio obtulit: idq; ſubſcripſit. Palladi Romæ cuſtodi. Hoc pacto extẽplo comites ex beneuolis atq; familiaribus ſuis nactus, circiter noctẽ mediam urbem egreditur. Deinde per Lucaniam iter agens, Siciliã attingere ſtatuit. Interea exitus eius quũ Romæ patefieret fugæ criminatur atq; damnatur a Clodio: ac aqua et igni interdictus: neue intra quingẽta miliaria Italiæ tecto ſuſciperetur edictum eſt. Verum cæteri hoc poſt gratiã Ciceronis habẽtes maxime ipſum uenerati, et longa profuſi humanitate, eum gratiſſime ꝓſequuti ſunt. Sed

apud Hipponem Lucaniæ ciuitatem : quam nūc Vibonē uocāt: Vibius uir Siculus: qui quū in plurimis Ciceronis beneuolētia fretus eſſet: et in eiuſdē etiā cōſulatu ad ædilitatē euectus: hoſpitio eū repulit: ſeq; ilico eum delaturū in crimen aſſeruit. C. itē Virginius prætor hacte/nus Cicerōis opera nō mediocriter uſus/ iuſſit eū omnino ab inſula ꝓhiberi. Quāobrē affec/tus hiis Cicero ꝓpere Brunduſium petit. Inde Dyrrhachiū uēto ſecūdo nauigans mutato in ipſo itinere cælo regreſſus fertur: moxq; die ꝓ/xima ſoluta iterū puppi uoto potitus eſt. Tra/ditur quū Dyrrhachii litus attingeret exone-rata puppi terræmotū hyatūq; pelagi extitiſſe: ex quibus ab ariolis intellectū eſt exilium non diuturnum ſibi fore: mutationē nāq; fortunæ ſuæ his ſignis portēdi conſtare ſibi aſſerebant. Verū licet a plerisq; beneuolentiæ gratia ſalu/taretur: licetq; græcorū urbes certatim honore ſummo ipſum dignarētur: ſubtriſtis tamen et mœſtus uitā agebāt: et ueluti qui inſano quo/dam amore torqueretur perſæpe ad Italiā ocu/los flectens/ ita tenuis/ ita ſua dignitate eiectus uidebatur: ut exiſtimaret nemo uirum in pri-mis eruditum/ ac tot in ſtudiis literarum obuer/

ſatum eum extitiſſe. Preces nonnullas egit ut nō orator: ſed philoſophus uocaretur. Aiebat enim philoſophiam ob ſe ipſam: ſed oratoris facultatem non niſi quantum forenſibus ne/gociis neceſſarium fuiſſet ſe complexum. Ar/duum quippe et ingenti gloria dignum ani/morum affectus ſecludere multarumq; rerum paſſiones euellere quum in negociis ciuilibus multa conſuetudo ac familiaritas multa fuerit niſi adeo quis conſulto uixerit: ut in his quæ gerenda ſunt ita omnino extra feratur ut ne/gociorum non affectuum particeps ſit. Cæte/rum Clodius eiecto Cicerone incendio tradit eius uillas: incendio dat eius domum: ibique libertatis templum erigit. Reliquas uero bo/norum ſuorum ſubſtantias haſtæ ſubicit: quæ licet per integras dies aſſidua uoce præconis pronunciarentur: tamen nemo inuentus eſt: qui rei cuiusque foret emptor. Hac igitur in/dulgentia elatus Clodius primatibus urbis ter/rori factus/uallatusque a plurimis e plebe uiris in omne facinus atq; probrum erumpere pa/ratiſſimis/animum in Pompeium uertit: quæ/dam illius acta: quæ in exercitu nuper edide/rat ſcindens. Quare Pompeius ægre id ferens

ſe torquere q̄d Ciceronem exulem fieri paſſus eſſet:menteq; mutata de illius reditu cum neceſſariis ſuis agitat. Sed obſiſtente his Clodio placuit ſenatui nihil ſancire/nihilue publicum agere donec Cicerōis reditus ſtatuatur. Igitur quum conſules/qui Lentuli/et Cethegi/ac ſociorum aſſerebant cauſam diuerſa molirētur: orta ſeditio adeo inualuit:ut tribuni de foro ſaucii abirent: et.Q.Ciceronis frater extrema paſſus inter cadauera fuſus latuiſſet.hinc animi plebis cœpere flecti: primusq; Annius Milo tribunus auſus eſt Clodium ui ad iudicium trahere.Ad Pompeium plebei q̄ multi:Præterea e municipiis non pauci confluxere:quibus circumſeptus ipſe ſublato e foro Clodio ad ferendam ſententiam de reditu Ciceronis ciues conuocat.Fertur populū nihil unq̄ tāto omniū conſenſu ſtatuiſſe.decreuit præterea ſenatus:certans non inferior eſſe illi beneficio:oēs ciuitates/quæ Cicerōnē in exilio fouiſſent ornare laudibus:domūq; ac uillas/quas Clodius combuſſerat ære publico reparari. Itaq; decimo exilii ſui menſe redit Cicero: cui ſingulorū tanta lætitia/tanto ciuium ſtudio obuiam ītum eſt:ut/quod ab ipſo memoratur/ſe Ro-

mam Italiæ humeris reportatum / res ipſa ſuperauerit. Craſſus etiā/qui anteq̃ Cicero exul fieret īfenſus illi fuerat/lætis animis ſibi occurrens in amicitiam reintegratus eſt. Licet hoc iniiceret filio Publio:qui Cicerōis zelo æſtuabat. Paruum deinde poſt tempus quum obſeruaſſet Cicero Clodium abeſſe Roma:plurimis comitatus uiris in Capitolium profectus tabulas tribunitias:ī quibus ea quæ Clodius magiſtratu ſuo adminiſtrarat ſeruabantur eiecit. Quod quum Clodius quereretur/īſtabat Cicero illum aſſerens contra leges ex ordine patritio tribunatū adiiſſe:ob idq; nihil adminiſtrationis ſuæ eſſe ualidum. Sed permotus hiis Cato Ciceroni inſtat: non gratia uti ferunt Clodii:ſed rē indignā grauēq; atq; uiolentam Reip. ratus tot decreta/cunctasq; adminiſtrationes publicas ſenatum incaſſum reducere:in quibus erant acta/quæ idem ipſe quæſtor Cypri atq; Byzantii egerat. Ab ea igitur ſpe deiectus Cicero paululū aduerſus Catonē ſenſit: nō ut ī apparatū odiū itum ſit. ſed uti mutua beneuolētia obſcurius uſi forēt. Poſt hæc Milo Clodiū cōfodit:reusq; parricidii actus / patronū ſibi Ciceronē conſtituit. Verum timens

ſenatus/ne ex periculo Milonis clari in primis
et tunc iracūdi ciuis/quicq̄ tumultus urbi ex/
citaretur: Pompeio mandat ſibi curæ eſſe hāc
cauſam : curaretq; ut impune iudicibus libera
poteſtas iudicandi ſit. Noctu ergo Pompeius
quum forum armatis militibus cinxiſſet / per/
timuit Milo ne Cicero tantorū conſpectu ſu/
bita nouitate perculſus pro ſe minus iucunda
oratione certaret: illi perſuaſit ut in lectica del
latus in forum ī ipſa cubans quieſceret/donec
conueniſſent iudices et curia frequēs eſſet. Ci/
cero nāq; non in armis tantum fuiſſe trepidus
fertur. ſed ex tanta exercitatione non adeo cō/
poſitus quin ad orandum nō ita timens pge/
ret: ut uix a motu corporis tremituque deſiſte/
ret. Oraturus pro Licinio Murrhena: qui ſub
Catone reus agebatur: quū intellexiſſet Hor/
tenſium ex oratione ſua in eadē cauſa ſplēdide
recitata/elatū gloria/nullā partē noctis quieti
indulſit/Vigiliis/et meditationibus anxius ne
in dicēdo inferior cēſeretur. Cæterū ad agēdā
cauſam Milonis Cicero lætitia aggreſſus/uiſo
Pompeio qui curiæ ueluti ī exercitu ſublimia
poſſidebat: uiſis autem armis quæ undiq; ful/
gebant/ſtupore confuſus eſt : tandēq; tremēs:

ac uoce uix faucibus euulſa trepide ſermonem incœpit: reo ipſo Milone ſumma audacia aſſi-ſtente certamini nec dignato mutare comam: nec mutare ueſtem: quod damnationi ſuæ nõ paruam præbuiſſe materiam traditur. In eo tamen ſtupore Cicero magis ob ſalutem Mi-lonis periclitantis affectus q̃ timidus iudicatus eſt. Hiis actis ꝑ Craſſo iuniori, qui apud Parthos obierat, augur deſignatur. deinde procõ-ſul ꝓuinciam ſortitus Ciliciam exercitum. xii. milium peditum, duorũq; milium ſexcentorũ equitum traiicit: iuſſus Cappadociã Ariobar-zani regi reconciliare: eiusq; uoluntati reduce-re. hæc ipſe placide, et absq; congreſſu pugnæ compoſuit: ac cilices, qui ob cladem Romano-rum a Parthis illatã, Syriæq; tumultus efferebantur, adminiſtrationis ſuæ manſuetudine placat: munera ibidem a regibus ſibi oblata renuit. Præterea prouinciæ populos ab epula-rum ſtipendiis ſoluit. Idem diebus ſingulis io-cũdiores e prouincia uiros nullo apparatu: ſed liberaliter conuiuio adhibuit. Eius domus ia-nitore omnino libera: ipſe cubans a nemine uiſus eſt. ſed matutina luce, aut ſtans, aut cir-cũambulans iuxta cubilis ſui locum, dexteram

hiis dabat / qui ad ſe ſalutatum ingrederētur. Iracūde nullus iurgio laceſſitus/aut damnatus improbe fertur. Multa publicorum / quæ furtiue ſubrepta fuerant ciuitatibus reddidit: ac obnoxios nihil ultra perpeſſos in ſua dignitate ſeruauit. Pugnæ nō expers. Latrocinia/quæ circa montem Amanum inſidebant in fugam egit. Qua uictoria imperator a militibus ſalutatus eſt. In qua re/ne id fruſtra retulerim Cælius orator quum rogaſſet ut ad quoddā ſpectaculum pantheras ſibi Romam e Cilicia mitteret: Cicero uenuſte permotus rebus a ſe geſtis in Cilicia non eſſe pantheras reſpondit. Sed in Cariam effugiſſe dedignatas quod cæteris pacem agentibus illæ ſolum bella perferrent. Cæterum prouincia decedens Cicero Rhodum nauigat. Inde ueterum conſuetudinum deſiderio captus Athenis pluſculam moram egit. Vbi uiris eruditione præcipuis in colloquium adhibitis / beneuoliſque grate perſalutatis: laudibus Græciæ commode exornatus / Romam rediit iam iam ueluti quodam incendio bello ciuili æſtuāte. Verum ſenatus quum ſibi triumphum decerneret gratius ſibi inquit fore compoſita inteſtina ſeditione ſe triūphum

Cæſaris ſequi. Interea priuatim conſiliis dili/
gentẽ operam præbuit:partim Cæſari ſcribẽs:
partim Pompeium orans / ut utrũq; pacaret.
Sed inſanabile uulnus mox patuit. Cæſar.n.
urbem inuadit:Pompeius pleriſq; clarorum et
optimorum ciuium comitatus / hanc deſerit.
Ex quo Cicero fugam illorum linquens addi
partibus Cæſaris uiſus eſt. Anceps tamen ac
utrinq; diſcuſſus quædã ſigna ſuæ mẽtis apuit.
Scribit.n.in epiſtolis quo ſe uertat ambigere.
honeſtam / et pulchram belli materiam apud
Pompeium eſſe. Cæsarem meliori re uti Seq;
ſalubrius neceſſariis præſeruare. Habeo igitur
quem fugiam:quem ſequar non habeo.Inter
hæc Trebacius uir Cæsari familiaris ꝑ episto/
las Ciceronem hortatur ad Cæsaris beneuolẽ/
tiam:eũq; ad ſpem succeſſuum comunicandã
inuitat.Q d' si hoc ob eius senectutem abnue/
ret:admonet ut ab ambobus longe semotis in
græciam ꝑgat:ac ibi quietem agat. Tum ad/
miratus Cicero q̧ Cæsar ipse nõ ſcripserit ira/
cunde respõdit:se nihil Rep.idignum acturũ.
Hæc apud epistolas eius iuenire fas est.Cæterũ
Cæsare Hispaniam petẽte Cicero ad Pompe-
ium nauigat.hunc cæteri grate suscipiũt. At

Cato amotis procul arbitris / multa cum illo queſtus eſt qđ adhæreret Pompeio : aſſerens ſeſe non cõmode quam partẽ primũ elegiſſet poſſe linquere : Ciceronẽ ſi Romæ manſiſſet rerum euẽtui ſe componẽs patriæ ſaluberrimũ et amicis utillimum ſe futurum : cauſa nulla inquiens illum Cæſaris hoſtẽ factum / et periculi tanti participẽ. Hii ſermones maxime Ciceronis flexere animos: unde operam dedit ut Pompeius ad magnificum nihil eo uſus ſit: materiam ipſe ꝓhibens: nec animi mutationẽ longe diſſimulans. Apparatum nãq; Pompei floccipẽdere: eius crebras conciones clam moleſte habere / ſocios nulla cauſa plerũq; Lœdoriis carpere ſiue per iocum eludere. Idẽ caſtra perambulans fronte mœſtitiam ſimulare / nemini ridẽdus / cæteris inopinato riſum ludũq; ſuggerere. Ex hiis quædam rettuliſſe indignũ non arbitror. Quũ Domitius uirum quẽdam aciei præfeciſſet / et cum laudibus proſequeretur : qđ moribus eſſet Pius ac integer. quid ergo / inquit Cicero ipſum tuis tutorem liberis non præſeruas? Quidam Theophanẽ lesbiũ: qui tum erat ædilis laudibus efferebant: quoniam Rhodios in amiſſione claſſis optime ſo-

latus oratione ſuauiſſima foret: ad quod Cicero/q̄ optimum/inquit/eſt græcum hunc in caſtris magiſtratū habere. Cæſar rebus ſecūdis uſus quū partes aduerſas obſidione p̄meret: memorante Lentulo audiuiſſe ſe Cæſaris beneuolos mœſtos ac furētes eſſe: eos inquit Cicero diſſentire Cæſari dicis: quū Mancus/qui ex Italia nup̱ acceſſerat referret Romæ famā inualeſcere/Pōpeiū obſidione urgeri: ob id nauigaſti/inquit/ut id aſpiciēs crederes? Referēte Nōnio poſt conflictū optimā ſpem haberi licere: qđ ſeptē aquilæ in caſtris Pompei captæ eſſent: recte/inquit: moneres: ſi nobis aduerſus picas pugnandū foret. Labienus quibuſdam diuinationibus nixus/quū aſſereret Pompeiū ſuperaturum: hac ergo ſpe ducti/inquit/caſtra nup̱ amiſſimus? Expedita Pharſalica pugna: ubi ob malam ualetudinē Cicero non affuit quū fugiſſet Pōpeius: Cato frequētes Copias claſſemq; pmagnā Dyrrhachii tenēs/ Ciceronē iuxta morē et dignitatē conſularē exercitui præeſſe rogauit. Sed quū non tantū id negauiſſet Cicero: uerum omnino militiā fugeret: proditor a Iuniori Pōpeio ac pleriſq; appellatus eſt: Strictiſq; i ſe gladiis circūuentus tru-

cidatus obiiſſet ni Cato inſtans eum in exerci-
tu erectũ tranſtuliſſet. Hinc igitur Brunduſiũ
ꝓfectus aduẽtum Cæſaris ob res Aſiæ ac ægyp-
ti tardantẽ eum ibi moratur, donec nũciatum
eſt Cæſarẽ Tarẽtum attigiſſe: ac terreſtri greſ-
ſu Brunduſiũ pergit: timẽs aũt uirũ uictorem:
et infenſum in multorũ conſpectibus expiri:
tamen præter dignitatẽ nec loqui, nec quicꝗ̃
agere impulſus eſt. Nã Cæſar ut eũ conſpexit
multo ante cæteros occurrentẽ deſcendit eũq;
grate ꝑſalutauit. Deinde plurima ſolus cũ illo
alloquẽs quorũdam ſtadiorum continuũ iter
egit. Ex hoc tẽpore Cæſar tã firma tãq; grata
beneuolẽtia aduerſus eũ uſus ẽ: ut quũ ille de
laudibus Catonis edidiſſet: cõtra reſcribẽs Cæ-
ſar in ope Ciceronis eloquẽtiã, ac uitæ itegri-
tatẽ celebrans, eũ Pericli ſimilẽ dixit, et ab eo
linearũ uim expſſam eſſe mõſtrauit. Ii Cicero-
nis Cæſaris Anticatones appellantur. Fertur
etiã i cauſa. Q. Ligarii qui et ipſe unus ex ad-
uerſariis Cæſaris habebatur patrono Cicerõe:
Cæſarẽ ad beneuolos ſuos uerſum dixiſſe. Vir
ille diu malus noſterque hoſtis probatus. Sed
quid interim nos impedit Ciceronem audire?
At quum orare Cicero cœpiſſet: tanta oratio-

nis uarietate/tanta gratia admirabilis fuit:ut
Cæſar in colores plurimos uultum uerterit:
manifeſtūq; foret omnes animi ſui mutatio/
nes mire potuiſſe cognoſci. Pharſalicā tandē
pugnā quū orator attingeret/ille uelut amēs
corpore exiluit. Libellos præterea quoſdam e
manibus fluxiſſe traditur. Quare Cæſar ora/
tionis ui coactus reum crimine liberat: Cæterū
ex hoc tēpore Cicero Remp. in monarchiam
mutatam aſpiciens/publica miſit/ac operam
iunioribus præbuit:qui philoſophiæ ſtudium
adorti forēt:ex horū etiam ferme conſuetudi/
ne(quoniam hii nobiliſſimo genere ortū du/
cebant/et clari in primis erant) iterū in Rep.
plurimū potuit. Verū interea eius erat ſtudiū
philoſophiæ dialogos condere/ſiue transferre:
Præterea ſingula dialecticorū et phyſicorum
uocabula ī latinum eloquium : hic.n.primus
(ut aiunt) phantaſiam:Atomum:continuū:
indiuiduū:uacuū:aliaq; huiuſcemodi q̄ plu/
ra uocabula/hactenus latinis inſueta/nota et
appellāda dedit. Poetica interdum ex ingenii
facilitate ioci gratia uſus eſt: qua aliquando
quum caluiſſet per noctē quingenta carmina
narratur edidiſſe. eius uero temporis partem

maximam agens apud Thuſculanum agrum: nonnulli ex eius familiaribus ſcripſit ſe ducere uitam Laertis iocatus in hoc / ceu ſolitus eſt in cæteris: ſeu qđ rerum ciuiliū deſiderio motus præſentibus affligeretur/ Petraro interea urbē acceſſit: idque tantum ut Cæſarem ſalutaret. Frequenti uero in concione primus adeſſe/ac dicendo nouum quicq̄ continuo ad Cæſaris gloriam adoriri: queadmodum illud quū de/iectæ et fractæ Pompeii imagines iuſſu Cæſa/ris in priſtinam dignitatem eſſent reſtitutæ: in/quit: Pompeii ſtatuas figēs Cæſar/ſuas firmat. Meditatus ut fertur patriæ hiſtoriam ſtilo cō/plecti: ubi multas græcorum tum fabulas/tum orationes immiſcere decreuerat: eam inuite di/miſit publicis/ac domeſticis curis affectus: quarum nonnullas et ipſe ſponte ſubiit. Primum enim Terētiam repudiauit uxorem: qđ adeo negligētior fuiſſet eius: ut quum in expeditio/nem proficiſceretur inops neceſſarii cōmeatus abierit: Præterea quū in Italiam inde rediiſſet ea non niſi moleſta et turbulenta potitus eſt. Brundiſii etiam quū ipſe longam ageret mo/ram illa ne eo profecta eſt: et illuc pergentem Tulliolam tenuiori comitiua impenſaq; dimi/

ſit. domum ad hæc omnium uacuam / ac de-
ſertam/æreq; alieno honuſtã fecit. Hæc repu/
dii cauſæ feruntur potiores:quas quũ negaret
Terentia : ipſe longa oratione probauit. Hoc
acto paucos inde poſt dies uirginẽ duxit uxo-
rem:captus (uelut aiebat Terentia) illius for-
ma. Sed ut Tyro libertus refert / ut æris alieni
ſoluẽdi poteſtas eſſet. nam ea puella prædiues
erat : et eius ſubſtantias ſub tutoris fide ſerua-
bat.quum interim ob multa milia/quæ debe-
bat adeſſe beneuoli/inſtare/ſollicitare/ut eam
licet nondum uiro maturam deſponſaret:ſeq;
illius dotibus pergrãdi ære liberaret. Antonius
uero in hiis/quæ aduerſus Philippicas ſcripſit
has memorans nuptias illũ uxorem/apud quã
ſenuerat/indigne expuliſſe tradit:ſimulque in
eum iocatus eſt/tãq̃ inertis / et mollis uiri rem
ipſius domeſticã mordẽs:Poſt hæc paucis fer-
me diebus eius filia : quæ poſt exceſſum Piſo/
nis prioris uiri Lẽtulo nupſerat : ex partus an-
guſtia moritur. Adſunt igitur beneuoli/adſũt
familiares/undiq; conueniunt philoſophi Ci-
cerone exhortaturi/ut æquo animo filiæ mor/
tẽ ferat.Nam huius doloris habitus impatiens
eſt. Vnde qđ noua uxor lætari obitu Tulliæ

uiſa eſt : illi repudium dedit. Sed apud dome/
ſtica Cicero laborauit. Cæterum coniurationis
in Cæſarē expers fuit: q̄ q̄ īter beneuolos Bruti
haberetur: et præſentia ægre ferret : ac pleriſq;
non inferior Remp. priſtinam cuperet. Perti/
muere autem uiri illius naturam ceu audaciæ
inopem/ac eius ætatem in quam robuſtiſſimis
etiam uiris ſolent animi maxime deeſſe. Verū
ut Bruti atque Caſſii patrata res eſſet: et bene/
uoli Cæſaris conueniſſent: iterum inteſtini tu/
multus ē orta ſeditio. Quare Antonius qui cō/
ſulatū agebat conuocato ſenatu quum ad cō/
cordiam breuiter quædam concionatus eſſet:
Cicero pro tēpore multa diſſeruit ſenatui ſua/
dens ut Athenienſium exemplo abolitionem
rerum Cæſaris ageret: præterea Bruto et Caſſio
prouincias decerneret. Sed horum nihil adim/
pletum. Nā plebis animi cæde Cæſaris exaſpe/
rati/ut cadauer ipſum per mediū forum elatū
aſpexere: Ad hæc quū extuliſſet Antonius Cæ/
ſaris ueſtem ſanguine ſparſam/ac undiq; pfo/
ratam gladiis/furore cōmoti/pcuſſores Cæſa/
ris quæritant: inde ardētibus facibus eorū do/
mos incendiis poſcunt. Sed illi īminēs pericu/
lum prouidentes effugiūt: comiteſq; nonullos

auctoritate primos clam immorati urbem re-
linquunt. Hiis extemplo Antonius elatus eſt:
ac ueluti dominaturus urbi/ omnibus timori
eſſe cœpit: Ciceroniq; maxime. Nam potentiā
ſuam in urbe iterum firmam aſpiciēs: et aduer/
ſus auctores cædis tēpus offerri: cœpit moleſte
angi præſentibus: præbuitq; ſuſpicionem diſſi/
militudinis uitæ animiq; ſui immutati. Quā-
obrem id animaduertens Cicero enixe inſtat:
uti Dolabellæ legatus cum eodem in Syriam
nauiget. Sed Hircius et Panſa uiri clari et op/
timi Ciceronis Zelo incenſi inituri conſulatū
poſt Antonium ne ſe deſerat orare: qui Anto-
niū opprimere præſente eo ſuſcepiſſent. Qua/
re Cicero non omnino diffidens: q̄q̄ id etiam
parū crederet: Dolabellam miſſum fecit. In/
de data fide Hircio ſe Romæ affuturū quum
conſulatum iniret Athenis æſtiua ducturus ſo/
lus nauigat. Sed in itinere ipſo quum moram
tereret: et noui ſermones (ut aſſolet) ab urbe
ferrentur: pœnituiſſe Antonium/ eumq; mire
mutatū/ ac omnia ſenatusconſulto agere: tra-
ctareq;. Præterea ut recte ſingula componerē-
tur urbē eius indigere præſentia: ſecū queſtus
q̄d nimium ſui cautus eſſet/ Romam repetit:

nec primum ſpe ſua deceptus eſt. Tanta enim ciuium copia ſibi obuiam itum eſt: ut in eius ingreſſu circa fores/circa dexteras dandas/circa ſalutationes integra ferme dies conſumpta ſit. Poſtea uero Antonius quũ ſenatum cogetet aduocato Cicerone non paruit. ſed cubãs ſimulauit ſe ex pelagi laboribus et ualetudine impediri. Nam ſuſpicio inſidiarum in ipſa uia nuncio quodam accepta eum in ſenatu ire uetuit. Hoc Antonius non leuiter tulit. Sed eum probris laceſſens/ milites extemplo miſit: qui aut illum adducerẽt/aut domum incenderẽt. Sed hiis quum obſtarent nonnulli/precibusq; inniterentur: Antonius uadimoniis contẽtus quieuit. Deinceps primores urbis placide reliquum tẽpus duxere palam: Illi uero aduerſantes/nec omnino ſibi non cauti: donec iunior Cæſar ex Apollonia in patriam rediit/et hæreditate Cæſaris adita cum Antonio in non paruas contẽtiones erupit: quũ Antonius ex cẽſu Cæſaris quinquaginta et ducẽta milia æris ſibi diripet. Ex hiis Philippus Iunioris Cæſaris uictricus et Marcellus: q ſororẽ eiuſdẽ duxerat: cum adoleſcente Cæſare ad Ciceronẽ profecti cõueniũt: ut apud ſenatũ/et apud plebẽ Cicero

uerbo factoq; cauſam adoleſcentis affirmaret. Contraq; adoleſcēs pecuniarū et militū copiis defenſionem ſibi Ciceronis aſſumat. Iam iam adoleſcens pleroſq; militū Cæſaris circa ſe ha/bere: et Cæſaris partes omni ſtudio ad ſeſe re-cipere. Ferūt Ciceronē nō ingrate beneuolen/tiā Cæſaris iniuiſſe: qđ eū antea diuino quodā ſomnio illexiſſet. Nā Cæſare atq; Pōpeio non/dū uita functis Cicero ꝑ quietē uidit ſeſe mo/nitum in capitoliū uocare ordinis ſenatorii li/beros ceu Iupiter oſtenſurus quis unus ex illis foret/ qui rerū eſſet potiturus: quo circa ciues ſolliciti currere/ et iuxta tēplum aſſiſtere: pueri uero omnes circūſedere ſilentiūq; agere. pate-factis interea foribus tēpli quiſq; puerorū ui-ciſſim ſurgere uiſus/ ac Iouem adire. tū Iupiter quēcūq; animaduertiſſet/ mœſtūq; repuliſſet: in unico ſolū fixus dexterā portēdens. O Ro/mani/ inquit/ hic princeps factus finē bellorū ciuiliū uobis imponet. Hoc ſomnio ſtupefac/tus Cicero imaginē pueri requirēs/ quū ipſum nihil omnino noſceret/ animo eam impreſſit. Quūq; ꝑ diē deſcēdiſſet in cāpū Martiū/ uiſis pueris/ qui pactis ludis iā abibāt/ puerū/ quem in ſomnis uiderat aſpicit. Quare animo ꝑcul-

ſus puerũm conuenit: eũq; rogat quibus parẽ/tibus natus ſit. Erat ille Octauio patre: qui uir nõ ample clarus fuerat ex Accia ſorore Cæſa/ris ortus: ex quo Cæſar liberis carens facultates ſuas/domum/familiæq; nomen teſtamẽto illi reliquit. Ex eo igitur ſomnii tẽpore ferũt Ci/ceronẽ quũ Cæſar obuiã ſibi fieret accurate eũ conueniſſe: cõtraq; illũ Ciceronis beneuolẽtiã grate fouiſſe. Fortuna præterea quadã Cæſarẽ ortũ memorant Cicerone Conſulatũ admini/ſtrante: quæ omnino primas fuiſſe cauſas ad mutuã beneuolentiã tradunt. Quare et odio Antoni/et ob ſui naturã/gloriæ deſiderio fla/grantẽ qđ exiſtimaret ex potẽtia Cæſaris ſeſe urbi præeſſe Cicero ita ſe adoleſcenti ſubiecit: ut eũ quãdoq; patrẽ appellauerit: ex quo ſto/machans Brutus in epiſtolis ad Atticũ Cicero/nẽ increpat/qđ Antoni metu Cæſari blandiẽs: nõ libertati ſtudere/ſed domeſticũ ſibi domi/nũ facere uideretur. Sed nihilominus Brutus Ciceronis filiũ: q Athenis philoſophiæ operã dabat ad ſeſe recipiẽs/ eũ ĩ primis dignitatibus habuit: eoq; in plurimis uſus ipſum ſtrenuum reddidit. Ciceronis uero potentia tunc in ur/be maxime claruit. Nam iuxta mentem ſuam

ſeditionis auctorē eiecit Antonium / et ambos conſules: Hyrcium/atq; Panſam in illum ab urbe cum exercitu miſit. Suaſit præterea ſena/tui lictores/cæteraq; imperii ornamēta Cæſari dari/ueluti qui pro patria eſſet certaturus. Verum deuicto Antonio et utriſq; cōſulibus theſſalica clade cæſis: oēs militum copiæ ad Cæſarē conueniunt. Quare metuēs ſenatus uirum iuniorem/fortunāq; qua ſplendide uſus fuerat: largitione tentauit eius exercitum reuocare: illiuſq; potētiam ſcindere: ueluti Rep. tot copiis nequicq̄ opus eſſet quum fugiſſet Antonius. Quāobrem territus Cæſar ad Ciceronē mittit: qui eū orarēt/ſibiq; ſuaderēt/ut operā impenderet ad cōſulatū ambobus cōmittēdū: quo ſi potiretur affirmarēt Ciceronē ut placitū ei eēt rebus uſurum: ſeq; adoleſcētem ipſius curæ ſe daturū: nominis gloria illectū contētūq;. Hac ſimulatione primatū Cicerōis fore paſſus eſt: res ipſa tamen eo tēdebat: ut Ciceronē ad petendū conſulatum impelleret: comitia utriſq; cōciliaturū. Elatus ergo hiis nūciis Cicero uir ſenex a iuniore deceptus: ſenatū atq; centurias illi ꝓbuit: extēplo a beneuolis laceſſitus: ac nō multo poſt intelligēs ſe populi libertatē ac ſeſe

perdidiſſe:Nam inito conſulatu potentior fa/
ctus adoleſcens Ciceronē miſſum fecit:ac An/
tonio Lepidoq; conciliatus/copias in unū coe/
git:et ueluti cēſum quendam triumuiri impe/
rium orbis ſibi partiti ſunt.Proſcriptionis præ/
terea tabulas ultra ducētorum ciuium edidere:
in quibus Cicero cauſa plurimæ litis fuit.Nam
Antonius nihil conuentionis omnino ratum
habere/ni primus ille proſcriberetur: Lepidus
Antonio ſeſe iungere. Solus Cæſar ambobus
ſumma ui obiici.Triduo itaq; circa ciuitatem
Bononiam horum ſcelerata colloquia habita
ſunt:quo loco apud interlabentē fluuium ſin/
guli caſtra locarant.Ferunt diebus primis Cæ/
ſarē pro Cicerone certaſſe enixius:uictū tandē
die tertia uirū ommiſiſſe.Omniū compēſatio
ſic demū habita eſt. Cæſar Ciceronē:Lepidus
Paulū fratrē: Antonius.L.Cæſarē auūculum
ſuum:alios aliis cōceſſere: Sic ergo eorū furor
et indomita rabies omni ingenio humanitatis
exciderūt:oſtenderunt magis nullā eſſe feram
uaſtiorē homine:quū licentiā affectuū nactus
ſit. His p̄fectis Cicero / qui cū.Q.fratre apud
agrū ſuū Thuſculanū diuertebat audita pro/
ſcriptione ſtatuit Aſturā ad maritimū quendā

ipſius locum pergere:ut inde ingreſſi pelagus in Macedoniã Brutũ conueniant: quoniã iã rumor erat uictorẽ eſſe. Ex ingẽti ergo mœſti-cia defecti uiribus ſe deferẽdos lecticis tradũt: in quibus ꝑ ipſum iter ſiue ĩmorarẽtur/ſiue eas mutuo propinquarẽt ſimul lugere ac ululare. Quĩtus præcipue animo magis uexari:cui quũ ſubiiſſet in mentẽ ſe cõmeatũ nullũ habere : ꝗ etiã Ciceroni tenuiſſimus erat:tutius uiſum ẽ: ut Cicero fugã præriperet : Quintus domũ ea gratia præcurreret. Vnde apparatior extẽplo rediret. Hæc quũ iter ſe firmaſſent/alter alterũ cõplexi cũ ſũmo luctu diſiũcti ſunt. Inde die-bus paucis Quĩtus ipſe a familiaribus ſuis ꝓ-ditus cũ filio a ꝑſecutoribus cæſus est. Asturã delatus Cicero quæsita puppe pelagus petit:ac uẽto secũdo iuxta Circæũ potitus:hic quũ op-tarẽt nautæ iter incœptũ proſequi:Cicero/ſeu metu maris/ſeu qđ nõdũ omnino Cæſari diſ-fideret : e puppe deſcẽdit/Romãq; poſcẽs cẽtũ ferme ſtadia pedeſtri itinere trãſegit. Inde ani-mi feſſus ac mutatus mare atq; Asturã repetit. Hic tum graui atq; anxio cogitatu ꝑnoctãs in mentẽ duxit clã Cæſaris domũ poſcere / ac ĩ ea interius ſeſe iugulãs:deteſtãdum illi carnificis

ſcelus obiicere. Verũ pſcrutantiũ craſſatorum timor eum ab hac ꝑfectione repulit. Præterea mõſtra quædã/quæ præſaga mẽte notabat: ex quibus familiaribus ſeſe pmiſit Capuã puppi pducẽdum. Diuerſoria. n. illic habuit: in qbus ardores ſolis flatibus æſtiuis gratiſſime flãtibus euitare conſueuerat. Hic Apollinis erat ſacellũ mari iminẽs: Ex quo quũ Cicero adremigaret litori/corui elati pẽnis magno clangore nauiculam impetũt: deinde ſuper utriſqꝫ cornibus antẽnarũ inſidẽtes/parti clamore ſtrepe/parti capita funiũ exagitare. Tũ omnibus id infauſtũ oſtentũ uiſum eſt. Verũ deſcendit e puppi Cicero et in diuerſorio ueluti qetẽ capturus accubuit: hic corui ſup poſte accumulati magis ac magis tumultuoſo clãgore pſtrepũt. Horũ unus deſcẽdẽs in cubiculũ Cicerõis palliũ/quo cubãs erat optus roſtro ab eius frõte deduxit: quod domeſtici quũ uidiſſent malorum pſagi ſeſe excruciare ſi oculos ſuos cæde ſui domini maculare ſuſtineãt: nefandũqꝫ ĩpis uideri alitibus uiro imerito infelici opitulari conantibus: ope nulla ipſi permoueantur. Præcipites itaqꝫ mutuis uiribus ac iter ſe precibus illũ a lectica ad mare diripiunt. Inter hæc quum lictorum

copia ſuperuenerunt iugulatores : Herennius Cēturio/et Popilius tribunus militum. Is Po/pilius iamdudum parricidii reus opera Cicero/nis/qui cauſam ſuſceperat/defenſus iudicium euaſit. Quum ergo fores/quæ obſeratæ fuerāt fregiſſent: et necubi Cicero inueniretur: et qui aderant ſe illum ſcire negarēt: tradunt adole/ſcentem quēdam. Q. fratris libertum nomine Philologum / quem Cicero ſtudiis liberalibus erudierat/tribuno dixiſſe ipſum per umbroſos conſitosque calles ad pelagus lectica delatum. Tribunus igitur paucis comitibus ſecū aſſūp/tis ad exitum uix præcurrit. Herennius per de/monſtratam ſemitam accelerans illum conſe/quitur. Verum Cicero ut percuſſores iminere cognouit ſuis uti lecticam ſiſterent imperauit. Inde/ceu perſæpe conſueuerat / quum genam ſiniſtræ impoſuiſſet immotis oculis percuſſo/res proſpiciens iugulum apparat. Miſerum id quippe ſpectaculum. Squalidus enim uultu: comaq; ſparſus: et adeo ſub curis extenuatus: ut ipſorum percuſſorum pleriq; miſere affecti oculos ſuos texerint. Quum iugulum poſce/ret Herennius crine nudum/et extra lecticam uulneribus prolatum/quia tum ſexageſimum

agens ætatis annum:caput ac manus/cū qui/
bus Philippicas ſcripſerat Antonii iuſſu trun-
cauit Herēnius/Romāq; attulit:quæ membra
quum Antonius:qui tū forte comicia habue-
rat: mutilata proſpexit/ingēti uoce ꝓclamās:
Sic habeant/inquit/finem proſcriptiones.De/
inde ea poni pro roſtris imperat.Spectaculum
Romanis horrendum:qui non membra Cice-
ronis ſeſe ſpectare/ſed imaginem animi Cru/
delis Antonii uidebātur. Verum tanto in ſce/
lere id tātum rite perfectum eſt: qđ Antonius
Vxori.Q.Philologum tradidit. Hæc poteſta-
tem illius nacta præter cæteros cruciatus/qui/
bus eū affecit/eiuſdē carnes ipſum ſeſe ampu/
tare mēbratim coegit:paulatim igni adurere:
mādereq;: ſicut hiſtorici quidam aiunt. Tyro
Ciceronis libertus proditionis Philologi nihil
omnino meminit. Cæterum ipſe percepi quū
Cæſar poſt plurimum tēporis ad quēdā e ne-
potibus ingreſſus eſſet: qđ tū forte Ciceronis
opuſculū tenebat in manibus:ſubito aduentu
Cæſaris territus libellum in ſinu tētauit occu/
lere. Sed id fruſtra/quum præueniſſet Cæſar.
Capto igitur opuſculo eo Cæſar quum ſtādo
plurimam eius partem euoluiſſet:id reddidiſſe

adoleſcēti cum hiis uerbis perhibetur. Eloquēs hic uir/ eloquens fuit O fili/ et amator patriæ. Inde parum poſt quum idem debellaſſet An/toniū conſul factus ſibi Ciceronis filium colle/gam delegit/ atq; ſortitus eſt: cuius magiſtratu ſenatus ſtatuas Antoni deiecit/ ac nōnulla ip/ſius ornaméta aboleuit. Præterea publico edi/dit edicto/ ex Antoniorum gēte neminē Mar/cum appellari. Sic ergo diuino quodam fato ultima ultio ad Ciceronis domū redacta eſt.

M.T.CICERONIS ELOQVENTIAE
PRINCIPIS VITA
EX PLVTARCHO PHILOSOPHO
CHERONEN.
NVPER IN LVCEM EDITA
INDVSTRIA ACHILLIS
PHILER. BOCHII
BONON.

APOLOGIAM PHILER. VNAQVE
M.TVLLI VITAM EX
PLVTARCHO
IOANNES ANTO. PLA. PRO/
MVLGAVIT
IVLI LIGVRIS PONT.MAX.
BONON. SOTERIS
AVREO SAECVLO
M.D.VIII.NONIS APRIL.

M·T·CICERONIS
VITA